



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

4o. Disp. 3487 (11)

16.

# VELAMINE CA- SITIS VIRILI

EXERCITATIO HISTORICA,

*Quam*  
Consensu Amplissimi Collegii Philosophici

## PRO LOCO

In eodem, more majorum, obtinendo

M. EBERHARDUS RUDOLPHUS

Roth / Ulmensis.

RESPONDENTE

IUSTO Lorenz / Megaberlinga-

Gothan.

Habebitur a. d. VIII. Novembris,

In Auditorio Philosophico

JENAE,

ex Officina Jo. JACOBI BAUMOFERI,

A. O. R. c. Ic LXXIII.

IN

SACRI. ROMANI. IMPERI  
LIBERAЕ. AC. MAXIME. NOBILIS  
**REIPUBLICAE. ULMENSIS**  
DOMINI  
**DUUMVIRI. CONSULES**  
ET. CETERI. SENATORES  
VIRI  
GENERE. GENIO. GESTIS  
EMINENTISSIMI  
PATRIAЕ. PATRES. GRAVISSIMI  
DOMINI. MEI. GRATIOSI  
PATRONI. ET. PROMOTORES. SUMMI  
VOS. ESTIS. SOLI  
DIVINUM. NUMEN. EXCIPIO  
QUI  
PATRUM. MEMORIA. PATRIAЕ. GEMINO. MALO  
PERICLITANTI  
INTER. MARTIS. MORTISQUE. TERRORES  
SEDULA. PROVIDENTIA. ET. PROVIDA. SEDULITATE  
PRAEFUISTIS. NON. MODO. SED. PROFUISTIS  
VESTRA. OPE. CURAQUE  
**A G E R. U L M E N S I S**  
FLORET. NON. DEFLORET  
CRESCIT. NON. DECRESCIT  
CIVIBUS. VESTRIS. ITA. IMPERATIS  
UT. PARITER. CARI. AC. VENERANDI. FIATIS  
QUID. ENIM. AMOR. SINE. VENERATIONE  
AUT. VENERATIO. SINE. AMORE  
**PUBLICAM. TRANQUILLITATEM. PRAEFERTIS.**  
VESTRAE

IN.

**IN. REBUS. AMBIGUIS. VESTRA. PRUDENTIA  
NUNQUAM. AMBIGUA  
NOVOS. EVENTUS. NOVIS. REPARANS. CÒNSILIJS  
JUSTITIAE. STRENUITATEM. STRENUITATI. JUSTITIAM  
SOCIATIS  
QUID. ENIM. JUSTITIA. SINE. FORTITUDINE  
NISI. VIRTUS. SINE. VI  
QUID. FORTITUDO. SINE. JUSTITIA  
NISI. VIS. SINE. VIRTUTE  
ILLA. LICTORUM. HAEC. LATRONUM  
QUOD. SI. ALIQUIS. VOS. AUDIT. VIDETQUE  
INVIDENT. OCULI. AURIBUS. AURES. OCULIS  
LEGES. QUAE. ANIMA. REPUBLICAE. SANCITIS. OPTIMAS  
PURAM. RELIGIONEM. PURE. AMATIS  
FOVETIS. NON. DEVOVETIS  
DEFORMISSIMAM. MULTIFORMIUM. HAERESUM  
HYDRAM  
A. DITIONE. VESTRA. PROCUL. AVERTITIS  
VESTRUM. VIRTUTUM. NON. VITIORUM  
GYMNASIUM  
A. VIRIS. PIE. ERUDITIS. ET. ERUDITE. PIIS  
NON. GERITUR. SED. REGITUR  
ET. QUOD. PRAECIPUUM. EST  
**VOS. DI. PATRII**  
OMNES. QUI. SE. MINERVAE. CONSECRARUNT  
TOT. TANTISQUE. BENEFICIIS  
AFFICITIS  
UT. NULLI. CIVITATUM. HAC. IN. RE. SECUNDI  
SITIS  
VESTRAS. AUGETIS. OPES. INOPIBUS. DISPERGENDO  
OCCULTAM. INGENUORUM. INOPIAM.  
OCCULTA. SUBLLEVATIS. MANU  
ET. VERECUNDAS. PRECES. FURTIVA. LIBERALITATE  
ANTICIPATIS  
VERBO**

IN REBUS MARIANIS VESTRIS. PELLICIA  
VERBO.  
ADEO IN VESTROS CIVES BENEFICI ESTIS  
UT. BENEFICIORUM. ENARRATIONI. OFFICIAT  
NUMERUS  
NE. LONGE. ABEAM.  
ECCE. ME. EXEMPLUM. SISTO  
BIS. VESTRAM. MUNIFICAM. MANUM  
LARGITER. SENSI  
QUA. STUDIA. MEA. NON. DEPRIMEBANTUR  
SED. MIRifice. ERIGEBANTUR  
QUARE. PATRES. PATRIAE. FIDISSIMI  
UT. GRATAM. MENTEM. CRATE. DECLAREM  
HANC. DISSERTATIONEM. MINIME. DISERTAM  
VESTRIS. ILLUSTRIBUS. NOMINIBUS  
MUEBES. SACRAM. ET. CONSECRATAM. ESSE. VOLUNTATES  
QUAM. UT. BENIGNIS. ASPICIATIS. Oculis  
ET. BENIVOLEA. TANGATIS. MANU  
MISERIA. SUPPLICI. CORDE. SUPPLICO  
NUMEN. VOS. PATRIAE. COLUMINA. ET. CULMINA  
HIS. TEMPORIBUS. NON. PACATIS. SED. TORBATIS  
REIPUBLICAE. ET. OPTIMARUM. ARTHM. BONO  
DIV. SERVET. RESERVET  
AC. CONSILIS. VESTRIS. CLEMENTER. ADSIT  
ITA. DEVOTE. MOVET. TUO. OMNIBUS  
EST. VESTER. DEVOTISSIMUS  
SIT. CIVIS. ET. CLIENS  
M. EBERHARDUS. RUDOLPHUS  
Roth.

B. C. D.

# Disertationis de Velamine capitis virili

## PRAEFATIO.

Apud hominis inter membra humana principem obtinerē locum, haud facile quispiam negaverit. Quippe in hac parte ac propugnaculo mens, tanquam regina, domicilium suum constituit, omnes sensus tam interni, quam externi in eo amice conspirant, ceteris membris solo tactu gustuve gaudentibus. In hoc palatio habitant omnes artes ac scientiae; heic regalis quaedam sapientia sedem fixit, ex qua omnibus corporis partibus vigor prudentiaque deferuntur. Quid enim robur & firmitas lacertorum proficiat, quid velocitas pedum, nisi capit̄is, veluti principis, ope, auxilio aut regimine adjuvetur? Si caput desit, nulla notitia, scien-tia nulla, nulla ars consistere potest; jacet truncus ignobilis sine honore, sine nomine. Capiti cetera membra, ut regi principive, lubentia lubentius obsequium praefant & ancillantur; alia portant, alia alunt pascuntque; alia defendunt & ministerium suum exhibent. Quibus rebus etiam factum est, ut judicio gentilium, Jupiter capit̄is curam in se suscep-rit; aliis vero numinibus reliquas corporis partes assigna-verit. Minervae oculos, Junoni brachia, pectus Neptuno, cinctum Marti, renes & inguina Veneri, pedes Mercurio.

A

Quum

Quum igitur capit<sup>s</sup> tanta sit dignitas , quid mirum est , si mortales illud ab omni injuria , damno aut detrimento arceant, defendant, protegant. Quid mirum, si vel honestatis, aut sanitatis causa veletur ? Varro quidem , Hippocrates aliquique existimat, longe salubrious esse, si quis aperto sit capite, quam operto. Sed utrum horū opinio sine omni exceptione cum veritate conveniat, non immerito ambigimus. Hannibal , Masinissa , rex Numidiae , Julius Caesar , Hadrianus , Severus aliiq; Summi duces etiam in summis frigoribus & terra gelu rigente ; neq; non in fervidissima aestate procellisque nudis capitib<sup>s</sup> iter fecisse leguntur. At quis velit affirmare, ejusmodi incommoda molestiasve omnes indiscriminatim sine jactura valitudinis sustinere posse ? Quem enim fugit, quam mirifice varient hominum temperamenta ? Ille fauicem ; hic maleficam naturam nanciscitur. Hinc licet quibusdam salubrious sit, non esse te<sup>c</sup>to capite , in omnibus tamen id procedere, nullam videmus rationem. Sed liticulam hanc fusi<sup>s</sup> disceptandam Medicis relinquimus. Nobis ad ipsum argumentum , quod suafu magnorum patronorum suscepimus, pedem movere placet. Constituimus equidem ab initio utrumque capit<sup>s</sup> velamen tam virile , quam muliebre uni dissertationi includere ; sed vero quum magna rerum copia nobis obvenerit, tantum prius capit<sup>s</sup> velamen hac vice sub nostram cadet considerationem ; posteriori alii temporis reservato. Ut res haec bene vortat, Numen submissis oramus precibus ; Tu vero quisquis placidiore natus es sidenti conatibus nostris faveto.

Six

Sit igitur  
*Dissertationis Historicae*  
Caput primum.

De

# Velamine capitis Naturali.

*Velamen a velo. velati proprie quinam. volamen duplex, naturale & artificiale. aquivio quid. maritis olim suspectum. refelluntur. infantes aquila nati felices aestimantur. Confidicorum & obstericum circa aquivio supersticio. rationes ipsorum adducuntur. aquilis felicitas est somnium obstericum. Chrysostomi iudicium de aquivo. cur homines aquivo felicitate tribuerint. dubium solvitur. Coma caput condecorat. Synesius refutatur. utrum viro licet prolixam comam alere disquisitur. duo loca 2. Sam. 14, 26. & 1. Cor. XI, 14. illustrantur. Capillaria sunt licita. eorum origo.*

§. I.

*V*elars videtur esse ab Hebraeo נָהָר, quod est latere, absconditum velatumque esse. Sed rectius arbitratur Gerardus Joannes Vossius (a) velare esse a velo; ita ut verbum *velare* idem sit, quod *velo regere*. Illustris Caesar Scaliger (b) proprie *velatos* dicit esse dictos, qui caput cinctura licio laneo habebant. Quae sententia vera ne sit an falsa, non multum laboramus.

§. II. Poteſt autem velamen capitis, quod in mares cadit, dispesci in Naturale & Artificiale.

§. III. Velamen capitis Naturale vocamus, quod statim ab utero materno caput tegit velatque. Artificiale est, quoda rite aut aliunde capiti advenit. De illo, non de hoc in praefenti primo capite nobis sermo erit.

§. IV. Inter velamina capitis naturalia primum sibi locum vendicat *aqua*, quod est membranula quaedam capita & humeros contingens. Constat enim, non paucos infantes prodire ex utero materno, obducto capite, veluti pileo, aut vitta quadam membranosa, vel capitio naonachali. Si quis infans olim tali velamine in lucem venerit,

mariti

A 2

(a) In Le<sup>c</sup>  
xico Ety-  
mol. voce  
velum p.  
544.

(b) Con-  
iect ad  
Festum.

mariti suspicabantur, uxores fidem conjugalem violasse, sibique cornua imposuisse: ut id auctoritate Antonii Guainerii confirmat An-

(c) *Centur ton.* Mizaldus (c) sed perperam. Nulla enim apparet ratio, ob quam

I. memor. bonae uxores ita suspectae haberi debeant; & si haec suspicio satis

n. 18. fundata esset, qui fit, quod non omnes infantes, qui a feminis, non  
adeo pudicitiae leges observantibus, tali auctoritate seu involucro na-  
scantur?

§. V. Est admodum pervetusta superstitione, quae multos mortali-  
lum animos occupavit, videlicet infantes, qui ejusmodi a uiris in-  
voluti in lucem veniunt, longe feliciorē fortunae casum habituros,  
quam qui illo destituantur, immo eo superstitionis deuentum est, ut  
Causidici olim Romani tales membranulas, furtim ablatas, multa  
pecunia ab obstetricibus emerint, credentes, sibi in ea, quam defen-  
dendam suscepserant, causa omnia ex animi sententia cessura

(d) *Vid.* fore. (d)

*Lamprid.* §. VI. Neque haec superstitione hodie penitus exolevit, sed ab eo  
*in vita.* tegmine obstetrics & delirae aniculae ex diversis coloribus diver-  
*Diadu-* sam fortunam augurari conantur. Quod si enim involucrum rubi-  
*mens.* cundum prae se ferat colorem, infantem filium albae gallinae futu-  
rum praesagiant; si color nigricans appareat, adversam fortunam  
eundem experturum clamatant. Inde etiam fit, ut, qui vana religione  
tanguntur, has membranulas intentiori cura servare, easque secum  
gestare soleant. Et si tale involucrum forte fortuna perdant  
aut amittant, valde animi discruciantur, ignari, quid de rebus suis  
faciant. Existimant enim infantes tali auctoritate natos, non tot malorum  
plastris, quibus ceteri homines premuntur, subjici, quum ipsorum  
nativitas a reliquorum nativitate per hoc singulare privilegium,  
quod capite velato conspiciantur, distingueantur. Et ut sua opinio  
eo verior esse videatur, exempla quaedam adferunt, quibus rem o-  
mnem confutum iri credunt. Quis, inquiunt, ignorat, ad quantam  
dignitatem acceperit Antonius Diadumenus, & quam felices  
successus in omnibus ferme rebus, quas exequi statuerat, senserit?  
ipse fortunam in manibus habere videbatur. Sed quaenam fuit  
causa hujus imperatoria Dignitatis? annon illud velamen capitatis  
naturale tantam felicitatem ipsi portendisse censemendum est? Quid?  
annon

annon aeque obvolutum Ferdinandum Davalum ex utero materno  
prodiisse notavit Paulus Jovius? (e) sed quem fugit, quantos hono- (e) lib. 1.  
res, quantam famam gloriamve postidem ille consecutus fuerit? Histor.

§. VII. Haec quidem primo intuitu satis speciosa esse videntur,  
ita ut etiam credam, Gallicum exinde proverbium originem suam  
traxisse, *il est né coisé, narus est vitrarius seu pileatus*. Quod Gal-  
li usurpar: solent de iis hominibus, quibus bona magna ultro suppe-  
tunt, partumque est amplum a parentibus patrimonium. Enimve-  
ro illa felicitas, quae his *auiōis* tribuitur, duntaxat in infirmo cere-  
bro umbilicis earum haerere videtur, uti optime non ita pridem ju-  
dicavit amicissimus quidam Amicus in SOCIETATE DISQUIREN-  
TIUM. Nempe saepius contingit, ut, quae delirae aniculae subinde  
deblaterant, ea tanquam oracula Sibyllina imperita plebs accipiat,  
neque a sententia temel recepta facile dimoveri se patiatur. Quae  
supersticio etiam B. Chrysostomi aetate in multorum mentibus altas  
radices egit, adeo ut gravissimus Pater passim in homiliis suis acri-  
ter invehatur in eos, qui tum temporis *auiōis* seu involucris ad adi-  
piscendos amplissimos honores utebantur. Quin & Clericus qui-  
dam, cui Praeto nomen, gravissimam censuram subire coactus est,  
propterea quod ejuscemodi tegmen a quadam obstetrica pecunia  
sibi coemerit, ut testis est Balsamon (f) nec immerito. Nam si vul-  
gus cernit, etiam illos, qui in officio Ecclesiastico versantur, aliquid  
*auiōis* tribuere, in sua superstitione magis magisque confirmatur,  
creditque, rem utique ita se habere. Immo haud raro accidit, ut  
etiam ii, qui prae ceteris prudentes videri volunt, plebeiorum homi-  
num opinionibus adhaereant. Id quod videmus in *auiōi*, quo in-  
fantes velati in lucem prodeunt; cuius rei causam putamus esse hanc;  
videlicet hominum natura ita est comparata, ut ex iis, quae fortuna  
casuive sunt, illico generalem regulam legemve faciant, modo unum  
alterumve exemplum occurrat. Sic quia mortales viderunt, hunc  
illumve infantem, *auiōia* tectum, secunda fortuna fuisse usum, rati sunt,  
omnes infantes, qui tali involucro nascuntur, fortunatos fore. Fa-  
temur Antonium Diadumenum, Ferdinandum Davalum aliasque  
admodum felices fuisse in rebus gerendis; an autem haec felicitas  
statim adscribenda est ejuscemodi *auiōis*? neutiquam. Quod si

haec ratio valeret, consimiliter dicere possumus, etiam milles infantes, qui sine *aurivis* ex utero materno veniunt, faustos censendos esse, quum & hi laepiuscule ad magnos honores, dignitates & officia per-  
venerint. Rectius heic sensit Cornelius Nepos (g) dum ait: *Sed  
cuique mores fingunt fortunam.*

(g) in At-  
tico c. XI.  
n. 6.

§. VIII. Certum igitur esse putamus, infantes, *aurivis* natos, non habere peculiare privilegium piae iuriis infantibus, qui isto carent. Neque obstat, quod quidam in Collegio Curioso, ab initio Gallice conscripto, postea autem in linguam Germanicam translato judicat,  
(h)p. 438. (h) ideo infantes pilatos felices esse pronuntiandos, quod mitiorem ac sedatiorem naturam habere videantur, quum non eo, quo infantes sine *aurivis*, impetu ex utero materno erumpant. Quis enim nescit, animis temerariis & minime sedatis plerumque suaviorem fortunam adspirare, quam illis, qui tranquille vivere amant. Certe haud rarerter videmus, homines turbidos & cum vehementia agentes in magna auctoritate ac dignitate versari, ad quam nunquam pervenissent, si rem tanto cum impetu non ursisset. E diverso qui sedatam tranquillamque vitam colunt ac diligunt, saepius negliguntur, neque ad ullum insignem honorem admittuntur. Immo qui cum *aurivis* nascuntur, non tantas corporis vires habere videntur, quantas illi, qui sine *aurivis* ex utero materno elabuntur: hi enim *aurivis* disrumpunt; illi non item, unde si aliquid divinandum esset,

(i) Part. 2.  
Colloq. 22.  
p. 420.  
(k) de pi-  
leo secc. 3.  
p. 56. seqq.  
(l) 4. dis-  
quisit. Ma-  
gic. l. 2.  
quaest. 4.  
fol. 1. p. 613  
(m) l. 2. de  
occult.  
pat. mi-  
rab. c. 8.

videntur infantes sine *aurivis* longe expeditiores fore, quam infantes qui cum cucullo monachali nati fuerant. Sed manet illud verum, quod Cornelius Nepos iterato de Attico pronuntiavit; scilicet *nos* placuit, ut appareret, *aurivis* nullam vim felicitatis inesse. Confer Collegium curiosum (i) Anselmum Solerium, aut ut quidam coniugisit. Ma ciunt, Chifletium (k) Martinum Delrio (!) & quem laudat Levinum Lemnium. (m)

§. IX. Ad naturale capitis velamen commode refertur coma. Quae hominem non solum mirifice condecorat, sed & varias aeris quam caput calvum & capillis orbatum. Synesius quidem omni modo omnique ratione suadere conatur, capitis dignitati aut elegan-  
tiae

tiae nihil decedere, utat calvitium in eo conspiciatur. At oculus longe aliter judicat. Certe quod arbor sine foliis, animal cornigerum sine cornibus & aves sine pennis; id caput est sine crinibus. Et haec etiam fuit caufa, cur olim petulantem pueri in Bethel sanctissimo Prophetae Eliseo calvitium acerbe exprobraverint, quamvis (n) 2. Reg. non sine damno. (n)

¶. X. Utrum viro prolixam comam nutrire fas sit, acriter clam fuit disceptatum & adhuc hodie disceptatur. De Gustavo refert Solerius (o) ipsum comatis adeo infensum fuisse, ut cuidam capillos resecuerit, qui etiam ultra mensuram ab eodem definitam non renati (o) de p. 223.24. fuisse. Simeon Salus petuit a Deo & exoravit, ne cresceret coma <sup>tert. sect. 3.</sup> capitis sui. Godefridus Ambianensis Episcopus in die quodam Na- P. 55. talis Servatoris nostri coram Roberto Flandriae Comite, repudiavit omniū eorum oblationem, qui comati ad sacram coenam advenerant, ut idem Solerius (p) testatur. Nota quoque est illa historia, quae (p) l. c. circa tempora Salmasii contigit. Duo enim Presbyteri Reformatae religionis in Belgio convivio intererant; unus quidem veteranus; alter vero novellus, ille refectos capillos; hic promissam comam alebat. Qua rē visa, veteranus novelli comam carpere & juris naturae temerare appellare coepit: Licet autem novellus varias in medium adferret rationes, nihil tamen obtinuit, sed veteranus sua, ut fieri solet, auctoritate quam plurimos in suam volantatem adduxit, ut omnes, qui comam alere perseverabant, ab Ecclesiae communione arcerentur. Hinc etiam plerique Belgarum capillos resarcire coacti sunt. Neque illa rigida censura hodie exspiravit, quum adhuc multis in locis non facile ad officium Ecclesiasticum admittantur, qui longioribus capillis student.

¶. XI. Enimvero Sacerdotes in Moscovia prelihos capillos gerere (q) lib. 3. non dubitant, ut oculatus testis est Adamus Olearius (q) Sinenses Itin. Persl. quoque tam viri quam feminæ intonis capitis omnino sunt, & c. c. 5. p. finunt in eam, quam natura fert, longitudinem crines dimitti. 179. uti memoriae prodidit Martinus Martinius (r) Sie Sacerdotibus Me. (r) In His- xicanis pendebant crines ad poplites usque promissi, quos neque storia Si- prius tondebant (nisi si quando specialiter iis ob senectutem debi em nesciuntur induitum erat) quam fato fungerentur. v. Acosta (s) & Robertum (s) l. 5. b. 17. Schar. Ind. c. 26.

(t) de off- Scharrokium (t) Absalonem Dávidis filium prolixam comam ali-  
cuius secun- isse legimus in sacris Pandectis, quamvis pondus capillorum multis  
dous Jus prodigiosum fuerit visum. Sed sine causa; nam crines non sunt  
naturae referendi ad pondus, sed potius ad pretium, quo vendebantur; ven-  
p. 460.  
(n) 2. Saw. dididit enim Absalon capillos, qui flavi erant & rutili, mulieribus Jero-  
14. 26. solymitanis ad ornatum. Scimus equidem, hanc interpretationem  
ne innullis non esse ad palatum, quum non credibile esse putent, pro-  
digum illum juvenem & regis filium tam turpem quaestum fecisse.  
verum primo nulli vel avidius vel sordidius quaestum faciunt, quam  
qui effusissime prodigunt; deinde status istorum temporum & re-  
gum ad hodiernos mores non est exigendus. tertio, ipse Absalon non  
vendidit capillos, sed dono dedit, cui volebat a suis, qui deinde pre-  
mium ducentorum siclorum ab ipsis facile extorquebant. Quomodo  
in hunc usque diem regum & alimenta & vestimenta & ornamenta,  
quae ipsi servis suis gratuito donant, ab iisdem servis venduntur  
aliis; neque opus est, ut τὸ ἤρων ponderavist ad Absalon referatur,  
sed ad alium quemvis, forte ad tonsorem, cui jus capillos domini sui  
habendi atque vendendi concessum est; ut erudite hunc locum ex-  
plicant operis Critici commentatores (x) haec obiter.

(x) p. 337. §. XII. Nos sine aliorum praejudicio arbitramur, comam alere,  
esse rem natura sua indifferentem. Quod si enim turpitudinem ali-  
quam moralem involveret, quae sit conscientia Nasiraei tam in  
V. quam in N. T. intonsis esse capitibus potuerunt? cur Deus circa  
Nasiraeatum certas leges sancivit? cur Samsonem comam nutritre  
(z) lib. I. jussit & postea eidem succensuit, quod crines tonderi permiserit?  
H.E.c.XI. immo Nicephorus (z) commenmit, ipsum Servatorem nostrum pro-  
p. 125. E- plios habuisse capillos. Gravissimus quidem locus exstat apud Pau-  
dit. Paris. lum, dum Corinthios ita alloquitur (aa) Ηγετὴ αὐτῆς Φύσις διδάσκει  
(aa) I. Cor υμᾶς, ὅτι ἀνὴ σὰν κομᾶ, αἵριαί αὐτῷ εἰ; annon ipsa natura docet  
Xl, 14. ὁνος, quod vir quidem si comam naturiat, ignorans illi est? Sed non  
(bb) com- peccare videmur, si cum magno Theologo Balduino (bb) dicamus,  
ment. in gentium Apostolum hoc loco per φύσιν seu naturam non intelligere  
h. l. ius naturae, sed consuetudinem. Quod enim per φύσιν seu naturam  
saepius intelligatur consuetudo, ex multis scriptoribus tam sacris  
quam

quam profanis ostendi posset, si sopus praesentis argumenti pertinqueret; v. Cornelium Nepotem (cc) vel si haec expositio non placet, poterit Estii (dd) interpretatio arripere, qui naturam sumit pro naturali (cc) in inclinatione, & illos a Paulo notari putat, qui promissam gestant cop. Mslr. c. 6. man more muliebri.

§. XIII. Huc pertinent capillamenta (vulg. peruquen) quibus (dd) com-  
hodie viri juvenesque frequentius non tam sanitatis quam decoris ment. in ergo utuntur. Sunt quidem qui hoc velamen capitis non adeo beni- b. I.  
gnis oculis aspiciunt, rati, viro illud minime convenire; Sed si heic a-  
liquid pronuntiandum est, capillamentorum ascitiorum usum in nem-  
ine, sive sit persona Ecclesiastica sive Politica, simpliciter dammare au-  
sim; praesertim si illa sanitatis caussa gerantur, quum nec juri naturae,  
nec juri divino adverserentur. Quando autem horum usus incepit, res  
non liquentis, sed dubiae fidei est. A Gallis inventa esse, vix solide ex  
antiquitate demonstrari poterit, sed longe antiquiora esse videntur,  
quum non solum Romani & Graeci, sed & Persae Medique iis sue- (ee) de  
rint usi. Conf. Cunr. T. Rangonem. (ee)

## Caput secundum.

D<sup>a</sup>

## Velamine capitis Artificiali, & qui- dem toti genti communi.

*Velamina capitis varia. multi populi olim infectio capitibus fuerunt;*  
*(x) Romani; solvitur dubium, Lipsius taxatur. exceptio ejus ex-  
ploditur. aliud dubium excutitur. utrum convivae apud Romanos  
capite velaverint. disquiritur. Stukius heic ambiguus est. mos Ger-  
manorum, hodiernorum adfertur. (2) Iudei. Abulensis refelli-  
tur. Objectio discutitur. (3.) Aegyptii. (4.) Graeci. testa ramen  
capita habebant (a) Persae. vett. Justinus carpitur. tiararum  
differentia. materia (3) Persae hodierni. horum tiara descri-  
bitur (y) Parthis (d) Scytha non omnes. (e) Aethiopes (E) Moscoviti-  
ae (n) Turcae. (8) Tatari (i) Germani, Itali, Galli, Hispani aliquo-  
populi Europaei regmine capitis differunt, imitatio peregrinae nativ-  
nis habitus ominosa. Germani notantur.*

B

§. I. Po-

**P**otest quā de velamine capitis naturali ea, quā fieri potuit, brevitate disseruimus, ordo rei postulat, ut jam velamina capitis artificia contemplerūt; quae quidem non uno se modo habent. alia enim sunt toti genti usitata; alia imperatoribus, Pontificibus aliisque hominibus sacris communia; alia in certis casib[us] adhiberi solet. de quibus in hoc & sequentib[us] capitibus agere animus fert.

**§. II.** Fuerunt oīam integrī populi reperti, in quibus viri plerūque in teōto capite incedebant. De Romanis id memoriae produnt Octavius Ferrarius (a) Henricus Salmuth (b) Kirchmannus (c) Sopranoes (d) Lipsius (e) Anselmus Solerius (f) Legimus euidem in historiis, veteres Romanos, in plateis sibi invicem occurrentes, capita aperuisse. Sic id Pompejo fecisse Sallam commemorant Sallustius ac Plutarchus, & observatum frisse, quotiens Consul aut Praetor aliqui obviam venerit, confirmat Seneca. Quod si igitur capite nudo incesserint, non videntur caput aperire potuisse. Sed hoc dubium tanti roboris non est, ut ab auctoribus, modo laudatis, disseriantur. Nam possumus exempla allata interpretari de iis tantum, qui peregre abiērint, aut castra secuti fuerint. At non necesse est, ut eo refugiantur, quum Plutarchus omnem nobis scrupulū eximat, affirmans, Quirites Romanos in more habuisse, ut interdum ob Solis aestum, ventumque & tempestates aut alias aeris molestias capiti togam injecerint, ita ut heic caput aperire nihil aliud sit, quam togae velamen capiti detrahere, quod tum demum contigit, si vir in magna auctoritate constitutus inferiori occurrerit. Plutarchi verba sunt haec (g) οἱ Ῥωμαῖοι τῶν αὐθεάπων πόλεων αἰχμῶν αἰσθαντες καὶ τόχωσι, οἵτι τῆς κεφαλῆς τὸ ιραίου ἔχοντες ἀποκαλύπτονται, i.e. Romani si cui obviam facti sunt, cui honor habendus sit, et si forte toga caput velatum habeant, id aperiant. Errat autem heic Justus Lipsius, ratus, veteres Romanos, toga caput velaturos, jaciniam imamve oram semper in caput rejecisse: etenim pro re nata non inferiorem, sed superiore togae partem ad caput attrahere consueverant. Id docet nos Suetonius (h) scribit enim C. Julium Caesarem, cum se strictis prigionibus a conjuratis peti videret, toga caput obvolvisse, simulque sinistra manu sinum ad ima crura deduxisse, quo honestius caderet,

(a) de rei  
vestiaria

I. c. 1a.

(b) in no-  
tiis ad Pan-  
eirollum

p. 176.

(c) I. 2. de  
funer. c. 1.

(d) de re  
vestiar.

Hebr. diss.

2. c. 1. §. 1.

(e) lib. de  
Amphit.

v. 19.

(f) de po-  
lio p. 19.

(g) in  
quaest.

Rom.

(h) in Ju-  
lio Caesa-

re.

caderet, etiam inferiore corporis velata. Si jam Lipsii sententia vero consentanea esset, quo pacto sinus ad ima crura deduci, aut inferior pars velata esse potuit, extrema ora in caput rejecta? Reponit equidem Lipsius exemplum Scipionis Nasicae, de quo Plutarchus (i) testatur, ipsum laciniam togae in caput rejecisse; at Scipio Nasica non solum togae laciniam, sed tocam pene partem inferiorem, in rugas contractam ac complicatam capitii imposuit, ad suum caput (fastibus enim & axis a vulgo petebatur) tuendum, & propterea se veluti galea communavit, ut sic subducta toga, promptius fuisse ac expeditior ad dimicandum. Confer Ferrarium. (k)

¶. III. Sed dicas, legi tamen apud Dionysium Halicarnassaeum  
(1) aquilam Tarquinio pileum eripuisse & in altum secum portasse;  
mox vero capiti restituisse, idque pro regio omni habitum fuisse.  
Atqui nos nunquam omne capitis tegmen negavimus, sed ambabus  
manibus largimur, interdum quosdam ob sanitatem aliasve caus-  
fas caput velasse. Id quod & Tarquinium fecisse omnino  
persuasi sumus. Hinc excipiimus heic Sacerdotes, in ludis Saturna-  
libus ludentes, peregre abeuntes; novos libertos, aegrotos, senes &  
homines delicatulos mollesque; quibus & Henricus Salmuth (m) (m) i.e.  
addit conviyas. Sed de his adhuc ambigere quis potest. Fortean  
Salmuth ad haec Plutarchi (n) verba respexit; Αγυσταί, ὅτι πολλάκις (n) in Paus.  
ἐν ταῖς ἔποδοχαῖς τῇ Πομπείᾳ προσεινόντος καὶ δεχόμενα ταῖς ἀλληλούτοις  
ἔποιος πόδη κατέκειτο οὐ βαρέως ἐχων δι' ὄπων κατὰ τὰς κεφαλὰς τὸ πρό-  
πον; ferunt sacro in conviviis cum Pompejū exspectaret & convivias ex-  
ciperet, accumbere solitus cum magno fastu habens pallium per casum ad  
aures adductum. At vero hoc loco tantum describitur Pompejū liber-  
ti (Demetrius vocabatur) impudentia, partim quod ante Dominum  
discubuerit, partim quod caput obvelaverit. Stuckius (o) duas con- (o) de Con-  
jecturas excogitavit; quarum prior pro velamine; posterior pro visus.  
nudatione capitis in conviviis ab ipso adducitur; neutri tamen assen-  
tiri audet. Hodie apud Gallos epulantes in diversoriis plerum-  
que testo sunt capite; in optimatum conviviis id non observatur.  
In Germania cuiilibet liberum relinquitur, si convivae sint ejus-  
dem ordinis, dignitatis & honoris; verum si unus pluresve au-  
ctoritate prae ceteris eminentes praesto sunt, hoc decorum ob-  
servari solet, ut hi quidem velato sint capite; qui vero iis sunt digni-

tate, ordinè aut gradu inferiores, nudo capite affideant. Id quidem  
eos, qui mensae serviant, imitari videntur. In moribus quoque Germanorum est positum, ut inter epulandum frequentius capita nudentur; ut in precationibus, sternatationibus, propinationibus atque aliis de causis fieri amat. Galli autem & Itali inter epulandum caput non facile detegunt; hoc enim modo pileos hunc tis manus polui ajunt. Haec οὐτε παραπόδια.

- (p) in cap. §. IV. Non solum autem Romani sed & aliae gentes nudis capitibus in publicum prodibant. De Judaeis id negat Abulensis  
x3. Lev. 7. (p) at Sanctius (q) Sopranus (r) Anselmus Solerius (s) ab eo dissen-  
10. (q) Com. flunt. Cum quibus & nos facimus. Legitur enim (t) divinum  
ment. in Numen leprosis & Summo Sacerdoti praecepsisse, ut capita tegerent.  
Act. c. 19. Jam si Judaei omnes, uti Abulensis vult, tectis capitibus incessissime,  
(r) de re quid opus fuisse hoc praecepero? Neque nuditati capitum obstabant  
vestiar. taeniae illae seu vittae, quibus fluentem Caesariem extra lucum coer-  
Hebr. diff. cebant & religabant non feminae tantum, sed & viri; erant enim  
2. c. 8. §. 1. admodum angustae, & vix minimi digiti latitudinem exaequabant,  
(s) de pileo ut bene observavit Solerius (u) Quamvis non penitus infic ias eamus,  
p. 16. Judaeos quandoque in certis casibus togam, ad cervices adhaerent.  
(t) Lev. 13. tem tegendo capiti adduxisse. Id quod Graecos quoque fecisse cor-  
ff 21. stat. Licet enim & ipsi nudatis fuerint capitibus, pileos tamen in-  
(u) l.c. terdum gestasse Brodaeus (x) Turnebus (z) Solerius. (aa) affirmant  
(x) lib. 8. Negat quidem id universi Polydorus; (bb) sed perperam. quum U-  
niuersit. llyssum pileatum in nummis videamus. Aegyptios intactis capitū  
c. 171. bus fuisse, in vulgus notum est; idque restatur Herodotus. (cc)  
(z) l. 8. ad. §. V. Plurimae tamen gentes olim opertis capitibus in publicum  
vers. c. 4. prodicie; & adhuc hodie prodire solent. Persae ad unum omnes  
(aa) de pi- caput tiara tegebant, initio a Semiramide orto, ut scriptum reliquit  
leo p. 168. Justinus. (dd) ait enim Semiramidem post obitum mariti sui Nini,  
(bb) l. 3. imperii cupidine flagrasse, sed quod disfideret, tanti molem imperii  
de invent. proceres Asyrios in manibus feminae esse relicturos, simulasse se pro-  
rerū c. 18. uxore Nini filiam, pro femina puerum, idque purpuratos & clientes  
(cc) l. 3. populos credidisse, propterea quod utriusque statura mediocris, & vox  
sub inist. pariter gracilis, & lineamenta eadem fuerint; item quod brachia  
(dd) l. 1. quoque ac crura velamentis; caput vero tiara texerit, & ne novo habi-  
tus.

semper in iusticiam puerorum ageret; eadem ornata & populus  
vestiti justissime. Sed haec Iustini narratio mihi semper suspecta visa  
fuit. Semiramis tum temporis erat ad minimum annorum viginti;  
filius vero ejus Aliyas vix tertium annum egressus est. Quis igitur  
non dicam Satraparum & imperii Magnatum, sed vel ultimae plebis  
hominum inter triimum aut quendam puerulum ac matronam vi-  
gasti annorum, & tertio iam partu robustam ac spectram difficulter  
distinguebat? vestis enim & barbae defectus sexum fortasse, sed non  
proceritatem disimulare possunt. Accedit, quod Semiramis in bel-  
lo Baetriano armata jam dederat petriae bellicae documentum, ut  
majus apud exercitum proprionomine quam communitio, & pro-  
pria persona quam aliena pondus auctoritatis ad res gerendas effe  
habitura. vide sis Jacobum Salianum (ee) & Joannem Biscelium (ff) (ee) <sup>1. Annal.</sup>  
Hacte ideo adducere libitum fuit, ut appareret, in historiam lectio-  
ne summi diligentiam judiciumve adhibendum esse. Quod si e- Eccles. ad  
nam aliquis historias non penitus secum considerat, & tantummodo A. M.  
velgum historicorum coeco pede sequitur, illum in magnos errores 2049.n.3.  
incidente necesse est. Existimat ergo Semiramis non astu. doc. p.204.  
love, sed ex marii testamento & unanimi Procerum suffragio ad im- (ff) <sup>1. Ruinarū</sup>  
perium accessisse, adeoque falsum esse, quod tiarae gestatio Semira- <sup>Illustrium</sup>  
midi sit accepta referenda.

§. VI. Erat autem maxima differentia inter tiaras regum Perfa- p.475.  
rum & hominum plebeiorum; illi rectas & sursum elatas, hi obli-  
quas inque frontem propendentes & demissas tiaras usurpabant,  
quemadmodum id ex multis auctoribus vir in antiquitatibus  
Perficiis versatissimus Barnabas Brissonius (gg) ostendit. Quare (gg) lib.1.  
cum Demarato Lacedaemoniorum regi a Xerxe concessum esset, ex de regno  
poscere quodcumque vellet, id unum petuit, ut sibi equo insidenti Sar- Pers. p.28.  
deis cum recta tiara intrare liceret, referente ex Plutarchio Suida. Ob 29.  
eamque postulationem Xerxem ira accensum fuisse, subjicit Seneca.  
(hh) videlicet indicare voluerunt magni reges, ut arbitratur Magnus (hh) lib.6.  
Barthius, (ii) excuso se & summo imperio uti, nec ulli esse subditos, de benef.  
nec ullius potentiam metuere. Sed de regum tiaris plura infra. c.37.

§. VII. Quod ad materiam tiarae, eam non ex coactilibus, id est, (ii) in  
e lanis villisve confectam, sed ex pannis compactam fuisse ex Hero- Cland. p.  
B 3 doto 608.

(kk) lib. i. Voto edocet Barnabas Brissonius. (kk) Quoniam Carolus Pachon  
de regno Iuis (ll) ex Statio ostendere conatur, Persarum tiaras etiam ex lana  
Pers. p. 21. constitisse. Nos opinamur, Persas tam pannolas quam lanae ge-  
(ll) lib. io. stasse tiaras. Quarum de forma fuisse disserit B. Brissonius. (mm)  
de coronis §. VIII. Qualibus hodie tiaris utantur Persae, exponit *duriorum*  
c. i. p. 667. Adamus Olearius (nn) ipsa verba subiucere placet. Die Männer  
(mm) l. c. tragen auf dem Kopff grosse dicke von Cattan oder Seiden  
(nn) lib. i. Binden übereinander gewundene Bände Mendel genannte-  
lein. Per sind gemeiniglich bundstreifig gewirkt / deren etlichen  
sic. c. 52. mit goldenen Faden durchgezogen / sind gemeiniglich 16.  
p. 586. seq. in 18. Elen lang. Et ejusmodi tiaras non solum in hieme, sed &  
fervidissima aestate capitibus imponunt; ex qua refit, ut non diu ca-  
(oo) l. c. pitibus nudis esse queant. Ita enim Olearius: (oo) Solche Müt-  
zen tragen sie Winter und Sommer und ist zu verwundern,  
wie sie des Sommers in so großer Hitze den Kopff in solchen  
Mendelen und Mützen so warm halten können. Weil die  
Köpfe also gewöhnet / bleiben sie weichlich / und können  
nicht lang bloß bleiben / und ganz keine kalte Luft vertrag-  
gen. Neque suas tiaras deponunt, licet preces ad Deum fundant,  
aut coram principibus, aut etiam coram ipso rege appareant. Sol-  
(pp) l. c. che Mützen nehme n sie nicht ab / pergit Olearius (pp) weder  
wann sie beten / noch wann sie vor fürrnehme ja dem König  
selbst erscheinen. Idem addit: Ist also jetzt nicht mehr im  
Gebräuch / was Eustathius in Dionys. de situ orbis schreibt /  
dass wann die Perser einen grüssen wollen / sie den Bund  
vom Kopff ziehen solten / an statt aber dessen neigen sie sich  
(qq) lib. io. und legen die Hand ans Herz.

*epigramm* §. IX. Parthorum vulgus pileatum fuisse, ex historiis constat. Un-  
de Parthos non immerito pileatos nominavit Martialis (qq) non ta-  
men eorum pilei instar Phrygum acuminati erant, ut id ex duobus  
nummis demonstravit vir rei nummariae peritisimus Ezechiel Span-  
heimius (rr) apud Scythes duntaxat illi pileati conspiciebantur, qui  
in magno honore versabantur. Qua de re videndi sunt Lucianus &  
Dionys. Trajanus, quos laudat Solerius (ss) Aethiopes tam patens  
(ss) de pi- amplumque capitis velamen habent, ut decem hominibus inum-  
leo p. 171. brandis

brandis per elephan. teste Nicobio Gedino (x) Mobilium (xii) lib. 10.  
Iac. Albertus Mandeslo (uu) ait, Aethiopum hodierum capitis te- de reu-  
genen non adeo multum discrepare a Persarum taris. Moscorum ca- bni Abas-  
pias invicera hanc in modum depingit. A. Olearius (xx) Sic (die suorum  
temporibus) tragen alle auf dem Kopff Mützen / die Knaben c. 12.  
oder früsten / Bojaren oder Reichsräthe / wann sie in officio (uu) lib. 1.  
licher Versammlung begriffen / haben von schwarzen Füchsen descriptio-  
nen oder Sobeln Mützen bey einer Ellen hoch / sind aber von region. O.  
Sommet nach unserer Art und mit schwarzen Füchsen oder rient. c.  
Sobeln gefüttet und verbreitet / sc. & mox. Die gemeinen 35.p. 96.  
Bürger aber haben Sommers von weißem Filz und des (xx) lib. 3.  
Winters von Tuch / und mit geweinen Dauchwerck gefüttet Itin. Per-  
tete Schäppen oder Mützen. Neque, ut hoc obiter addam, in sic. c. 5.p.  
praesentia magni Moscorum Ducis optimates regni caput nudant, 182.  
nisi forte ipsius titulus legatur; tunc enim solet legens nutram depo- (yy). l. 1.  
nere. vide Olearium. (yy) Itin. Pers.

¶ X. Velamen capitis, quod Turcae Turbanus vocant, non adeo p. 34.  
multum distat a tiara Persica populari. Graeci recentiores vocant Ca-  
zeulor, quasi fasciam complicatam. Et hi turbantes, quibus Turcae u-  
tuntur, sunt albi. At Tatari olim virides habuerunt; hodie vero rubros. (zz) in hi-  
gestant, teste Martino Martinio (zz) Persarum velamina capitis esse ru-  
bra prodit Solerius. (aaa) Neque mirum, illos coloribus inter se dis- storia del  
sidere, qui in se invicem infinito feruntur odio. Causam hujus rei rico.  
indican Joannes de Barro (bbb) Ostorius (ccc) Sansovinus (ddd) (aaa) de  
aliisque. Commune capitis tegmen Macedonibus fuit causia; de pileo  
qua confer Solerium (eee) Hodie Germani, Galli, Itali, Hispani (bbb) de  
que populi Europaei pileis differunt; quamquam Germani nostri, (bbb) de  
ut in re vestiaria, ita & in pileis gestandis Gallos imitari, nec eandem (ccc) de  
semper formam retinere soleant. Gestant enim modo parvos, nunc Afiss.  
longos; modo latos pileos, & vix unus altere annus transeurrerit; in lib. 10.c. 6.  
quoniam novum pilei genus videbis. Simulac Galli pileos mutant, (ccc) de  
statim & nostri Germani sequuntur. Quae tamen iigitatio peregrini rebus Era-  
narum nationum habitus a cordationibus non adeo pro fausto omne man. c. 10.  
habetur. Sic cum Darius, ultimus Persarum Rex, in principio (ddd) dei  
Imperii rebus Tur-  
cicis.

haec ratio valeret, consimiliter dicere possumus, etiam milles infantes, qui sine *a'ur'io* ex utero materno veniunt, faustos censendos esse, quum & hi saepiuscule ad magnos honores, dignitates & officia per-  
(g) in At-  
tico c. XI.  
n. 6. venerint. Rectius heic sensit Cornelius Nepos (g) dum ait: *S' nos  
cuique mores singunt fortunam.*

§. VIII. Certum igitur esse putamus, infantes, *a'ur'io* natos, non habere peculiare privilegium praे iis infantibus, qui isto carent. Neque obstat, quod quidam in Collegio Curioso, ab initio Gallice conscripto, postea autem in linguam Germanicam translato judicat,  
(h) p. 438. (h) ideo infantes pilatos felices esse pronuntiandos, quod mitiora ac sedatiorem naturam habere videantur, quum non eo, quo infantes sine *a'ur'io*, impetu ex utero materno erumpant. Quis enim nescit, animis temerariis & minime sedatis plerumque suaviorem fortunam adspirare, quam illis, qui tranquille vivere amant. Certe haud rarerter videmus, homines turbidos & cum vehementia agentes in magna auctoritate ac dignitate versari, ad quam nunquam pervenissent, si rem tanto cum impetu non ursisset. E diverso qui sedatam tranquillamque vitam colunt ac diligunt, saepius negliguntur, neque ad ullum insignem honorem admittuntur. Immo qui cum *a'ur'io* nascuntur, non tantas corporis vires habere videntur, quantas illi, qui sine *a'ur'io* ex utero materno elabuntur: hi enim

(i) Part. 2.  
Colloq. 22. *a'ur'io* disrumpunt; illi non item, unde si aliquid divinandum esset, p. 420. videntur infantes sine *a'ur'io* longe expeditiores fore, quam infantes qui cum cucullo monachali nati fuerant. Sed manet illud verum, (k) de pi- quod Cornelius Nepos iterato de Attico pronuntiavit; scilicet *s' nos leo s' et. 3. cuique mores plerumque conciliare fortunam.* Haec fusius edifferere p. 56. seqq. placuit, ut appareret, *a'ur'io* nullam vim felicitatis inesse. Confer (l) 4. dis- Collegium curiosum (i) Anselmum Solerium, aut ut quidam conju- quisit. Ma ciunt, Chifletium (k) Martinum Delrio (l) & quem laudat Levinum gic. l. 2. Lemnium. (m)

sumus diadema vocat imperatoriaē dignitatis, ac resert inter Augustac  
potestatis insignia, quibus uti Caesares non audebant. Sed dicas,  
reperi tamen loca Auctorum, in quibus diserte Caesaribus diadē-  
mata assignantur. Ita Claudianus de Honorio nondum Caesares, nec  
dum Augusto a Theodosio M. renuntiato: (mmmm)

Et sacra meritos ornata diademata crines.  
Confer Nicephorum (nnn) cui dubio ut fas si faciamus, dicimus, fuisse  
adhuc discrimen inter diademata Augustorum Caesarumque, ita ut  
Imperatores seu Augusti Diadema aureum gemmis interdistinctum  
gestaverint; Caesares non item; aut si gestaverint, saltum minoris  
pretii splendorisve fuerit, sicuti in Byzantinis monumentis legisse se praef.  
commeminit Ezechiel Spanhemius. (ooo) Quanvis nolim negare, Numm. p.  
num- 665.

mittimus reperi in quibus Chrysostomus et Constantinus adhuc Caesares diadema gemmis ornatum, acque ac parentem Constantinum M. habuisse deprehendimus. Ad quod reponi potest, Constantinum M. id ex nimio erga liberos amore indulgentiae fecisse, adeoque esse exemplum plane extraordinarium. Quippe postidem filius ejus Constantinus confessoris Gallus & Julianum Caesares pronuntiavit, sed tamen  $\chi$ ρ $\omega$  διαδήματα sine diademate, ut supra ex Chrysostomo vidimus. De diadematatis nolumus plura addere, ne actum agere videamur. Haec autem ideo fusius considerare vixum est, quod C Paschalius in eximio libro de coronis talia non tetigerit. De diademate Caroli M. & hodiernorum Imperatorum Romano-Germani de coron. corum vide sis laudatum Paschalium (ppp) & Jac. Gretserum. (qqq) c.18.p.625 §. XI. Antequam ad alia progrediamur, uon possumus non glorio. (qqq) 10. sissimum Imperatorem Constantinum M. ab iniquis accusationibus Danielis Zwickeri Monarchiani vindicare. Hic enim (qqq) in lau. e.23.p.183. datussum Imperatorem vehementer invehitur, eumque miris modis sepp. traducit, ac si omnium Imperatorum, quos unquam sol conspexit, (rrr) in I- rat, eslet sceleratissimus. Inter alia ipsi displicet, quod habitum re- renico-mo- gium gemmis & caput perpetuo diademate exornaverit. Et valde Aige p.203. improbat, quod Eusebius (rrr) scribit, cum autem, inquiens, cuncti (sss) lib.3. data cessa, qua Imperatoris significabatur ingressus, surrexissent. de vita eius & ipse (Constantinus M.) medius quasi angelus quidam coelestis Constanti. N.B. splendidam purpuram induitus ac veluti lucis splendorc resurgentis ni. c. 3. signisque radis illustris atque auri & pretiosorum lapidum puluerido fabare ornatas introibat, &c. Ad quae verba Zwickera: en quam versum sit, quod inulei auctores prodidere quodque nunquam satis deplorari potest, cum Constantino M. orbis superbiam & luxum, totumque adeo mundum in Ecclesiam ingressum esse? cum ipsi quoque Episcopi splendorem & fastum illum Imperatoris ab ipsis etiam Ethnicis improbatum in laude ponere cooperant! o tempora! o mores! Sed noli mi Zwickere, ita exacerbato esse animo. an putas Christianis regibus metas esse, uti gemmis, diademate & purpura? ita sentire mihi vides. at quo quaeſo fundamento? ubi Christus vel ejus Apostoli id unquam prohibuerunt? altum hac de re silentium est. An nescis, quam splendidas olim yestes gestayerit rex omnium sapientissimus Salomon?

mon? an id vitio ipsi fuit datum? minime gentium. Reges regia re-  
cent. Quod Constantinus M. fecit, facit ad magnificentiam aut ma-  
gnanimitatem, cui principem oportet esse deditum, ut hac ratione in  
civium subditorumve animis summa reverentia concitetur. Quod si  
enim id rex omitteret, & vestibus vulgaribus uteretur; aut ejus cul-  
tus habitusque non paullulum a privato abhorret, annon per facile  
in contemptum suorum devenire posset? Quare tantum abest, ut Con-  
stantinum M. reprehendamus, ut potius eundem cum Eusebio collau-  
demus, quod magnificentiam suam ita ostenderit. Neque ipse fuit  
in causa, quod superbia luxusve ecclesiam Christi intraverit. Verum  
quidem est, luxum post tempora Constantini M. Ecclesiam occupas-  
se; sed id exinde factum est, quod Christiani ab omnibus persecu-  
tionibus immunes quietissimam vitam vixerint: Ubi enim mortales  
omnibus abundant bonis, nec ullis miseriis molestiisve exponuntur,  
individuo nexus luxus aut superbia sequi solet. Exempla possent in-  
finita tam ex sacris quam ex profanis historiis adferri, si chartae  
angustia permitteret. Quod autem ipsem Constantinus M. luxum,  
superbiam, immo totum mundum in Ecclesiam introduxerit, est pu-  
rum putum figmentum, nec ex ullo historico fide digno ostendi po-  
test. Non equidem negamus, Constantinum M. ut ceteros homines  
sua habuisse vitia, ipsumque circa caedem Crispis aliorumque non a-  
deo prudenter sese gessisse; sed eum fuisse tyrannum plane crudelis-  
simum, & ne nomine quidem Christiano dignum, Zwickerus non  
tam ex amore, quam odio veritatis scripsit. Neque unus vel alter  
actus Tyrannicus efficit principem Tyrannum, modo tyrranicu-  
m agat, id est, non semper & pro more seu consuetudine sua crudeliter  
imperet, & in subditos ultra humanitatis officium sacriat, uti recte ju- (sss) lib. 2.  
dicat Dn. D. Daniel Clasenius. (sss) polit. c. 6.

§. XII. Volumen capit is, quod magnus Dux Moscoviae n. 10.  
habet, Sigismundus ab Herberstein (ttt) hunc in modum de- (ttt) in  
pingit: Pelens ipsorum lingua Schapka dictus, quo VVladimerus Mo- Comment.  
nomach usus est, & quem gemmis ornatum, anreis item laminis, quasi rerum  
quibusdam spirulis subinde se vibrantibus, mire concinnatum reliquit. Moscovit.  
Et Adam Olearius (uuu) Die Krone / so der Grossfürst in Mos (uuu) l. L.  
scav Clamens Michael fedrowiz getragen / war über einer Stein. Pers.  
D

**schwatzten Zobeln Hölze und mit Diamanten versezt.**  
Apud Ebraeos reges & principes recensicreati velabantur. Scheb-

(xxx) de c. Schebaet Jehuda, uti eum laudat vir Cl. Ja. Saubertus (xxx) **Mann der**  
**sacrific.** Naschi gehet / da ist sein Panim verdecket mit einem seiden  
12. p.176. Tuch / dass man ihm das Panim nicht sieht. & post paulo : also  
dann bringen sie den Naschi alle überst auf den Mighdal und  
sein Panim ist verdecket. Idem reges gestabant diademata aut ce-  
tronas, ceu ex multis scripturae locis patet ; sic legimus (yyy) Davi-

(yyy) 2. Sam.12,13. dem diadema regi Ammonitarum erectum sibi imposuisse, quod fue-  
rat pondo aurum talentum. Dicis, immane pondus, cui ferendo ca-  
put Davidis par non erat. At quamvis ἡρως proprius pondus si-  
gnificet, hoc loco tamen pro valore pretiove sumi potest. Neque  
enim ex auro tantum corona constabat, sed ex gemmis, quae ad pon-  
dus aurum non exiguntur. Proinde τὸ ἡρως Graeci quandoque vertunt  
(zzz)p.320 tiev, tipav &c. solvere, astringere ; Latine quoque pendere, impende-  
re, rependere, compensare, dispensare &c. Vel si haec interpretatio  
non placet, adi Synopsin Bibliorum Criticorum (zzz) ubi plures ex-  
positiones super h. l. repperies, ut & Dn. D. Abrahamum Calovium.

(aaaa)

(aaaa) in Biblio il-  
lustratis. §. XIII. De cetero, quando reges Ebraeorum judicare solebant,  
praeter sceptrum purpuramque diadema in capitibus gestabant.  
Haec conicio ex Philone; (bbbb) ubi de Aegyptiis, qui ut Agrippae,  
Judeorum regi, illuderent, Caraham stultum quendam hominem,  
regio cultu habituve ornatum jus dicere coegerunt : Capiti, inquit,  
diadema imponunt papyraceum, pro paludamento corpori stetram in-  
vitant, pro scopero frustum arundinis bumi sublatum quidam ei dedit  
in manum. Sic ornatum regius insignis & in regem transformatum  
more histrio nico adolescentes perticas in humeris gestantes stipabane  
pro satellitio : cum alii salutatum accedebant ; alii sibi reddi jura pe-  
rebant : alii consulabant eum de rep. &c. Quam conjecturam stabili-  
(cccc) & n. re videtur Propheta Ezechiel (cccc) ubi Regem Sedechiam jubet dia-  
26,27. dema de capite ponere ; & quidem hanc ob caussam, quod iniquus  
(dddd) c. est iudex, & promittitur iudici aequiori. Ad hanc veterem iudicij  
consuetudinem respexit Jobus (dddd) dum ait : צדק לברך justiam indu, & (illa)  
29,14. משבט וענוף במעיל יולבשנו in domine

indis nos : sicut pallium & ciceris (finaliter) judicium meum. Facit-  
nisi mentionem pallii & Cidaris, quae vestes ab ipso judice usurpa-  
bantur; quasi dicat: quando in forum perrederunt indi corporis pallium  
& capiti Ciderim imposui; non minus arde animum meum proposito  
exercendi judicis indi, & ipsa sede judiciali pertinaciter renui;  
ut accuratisime, more solito, hunc locum exponit celebratissimus  
Theologus Argentoratensis D. Sebastianus Schmidius (eeee) Nam Jo-  
bum regulum fuisse & caussas pro tribunali cognovisse, tum ea, quae  
hoc loco dixit, confirmant, cum Auctores quidam ex cap. XIX, 9. con-  
jiciunt; quamquam Mercerus aliquie contrariam foveant sententi-  
am. Confer laudatum Schmidium (ffff) & Martinum de Roa. (gggg)  
§. XIV. Significabat autem Cidaris cum veste purpurea clemen-  
tiam cum severitate, justitiam cum misericordia copulatam. Quam  
adeo sollempne fuit priscis ostentare in judicando, ut in capitibus etiam  
caussis, in quibus pene nullus clementiae locus, eam praefere ferre vo-  
luerint. Hinc illa mutatio vestis, hinc veliante judicaturos obdu-  
ctio: hinc illi ad moerorem compositi vultus & misericordiae simu-  
lacio; hinc denique necessitatis significatio non solum in vultu, sed et-  
iam in verbis, quorum acerbitatem studiose cavebant. De velaminibus  
inferiorum magistratum praeceteris legi merentur C. Pascha-  
lius (hhhh) Solerius (iiii). aliquie. Nobis ad alia properandum est. segg.

(eeee) Comment.  
(ffff) Comment.  
in Jobum.  
p. 280.  
(gggg) L.  
Sing. c. 7.  
Job. c. 19, 9.  
p. 280.  
(hhhh) de  
corona  
passim.  
(iiii) de pr.  
leo p. 196.  
segg.

## Caput Quartum.

De

### Velaminibus capitibus hominum Sacrorum.

מִצְנָאֵת non est solius Pontificis Maximi gestamen. discrimin inter  
Pontificis maximi & Sacerdotum gregalium tiaras. Sacerdotum  
Hebraeorum tiara ex Iosepho depingitur. Iosephus emendatur.  
Pontificis apud Judaeos corona triplex. Baromius, Ribera & Cor-  
nelius a Lapide refutantur. Petrus non triplici corona fuit usus. de  
lamina & inscriptione divini nominis. Cur Sacerdotes in u. T. ca-

pica velare debuerint. gentilium Sacerdotum volamen capitis. *Locus Gen. 35, 4.* expenditur. error Paschalii. quale velamen capitum habuerint Persarum & Romanorum Sacerdotes. Pontificis Romani triplex corona. ejus origo. significatus. Sacerdotum Russorum velamen. Cardinalium galerus ruber. ejus origo. significatus. Pridericus II. Imperator defendit contra Solerium. Episcoporum Pontificiorum regmen capitum forma. significations. Solerius notatur. Cleri Pontificii & Pastorum Luteranorum capitum velamen.

§. I.

**S**equuntur jam velamina hominum Sacrorum; quae pro diversitate personaruui variant. E quibus capitum velamen, quod Pontifex Maximus apud Judaeos usurpabat, praecipue eminet. Dicitur Ebraice, quam vocem reddunt *Tiaram* Chaldaeus, Syrus, Tirinus, Cidarim Emanuel Sa, Arabs, Aquila, Theodotion, Piscator, Arias Montanus, Junius & Tremellius. *vistam*, LXX interpretes, Monasterus. Sunt qui contendunt, מצנפת folius Sacerdotis Magni gestamen fuisse. at hoc diserte negatur in *Joma*: (a) verba sunt haec:

(a) c. 7 n. 5.  
p. 267.

הכהן גמל משמש במנה לוי וחוירות בארבצתה בכתרנתו: ומכנסים ומצנפת ואבנט: *Sacerdos magnus in octo vestibus ministeraverit; gregarius quartor, in tunica & femoralibus & tiara & baltheo.* Hic sane exsertim Sacerdoti gregario מצנפת five tiara tribuitur. vide Robertum Sheringhamum. (b)

(b) Com-  
ment. in  
*Cod. Joma*  
p. 173.

¶ § II. Non tamen simpliciter negamus, Pontificis Maximi tiaram a reliquorum Sacerdotum tiaris discrepasse. Maimonides fascias quasdam ait Pontificis capitita circumdatas fuisse, quemadmodum membrum contritum aut fractum obvolvitur; e diverso Sacerdotum pileos velut galeas fuisse; unde & מגבעות dici eos, quod instar collum exsurerent. Ab hoc dissentit Rabbi Abraham Ben David, cuius חשנו animadversiones exstant in Maimonidem; ait enim, pileos quidem Sacerdotales quasi galeas fuisse. At Pontificum infulas longe altiores extitisse, fasciis in orbem sic circumactis, ut sunt hodie Arabum tiarae; ita diversas horum Auctorum sententias profert vir doctissimus Petrus Cunaeus (c) quicquid sit, hoc tamen certum esse opinamur, fuisse discrimen inter Pontificis maximi & Sacerdotum

(c) de rep.  
Ebr. l. 3,  
e. 2.

tum gregatum tiaras, utraque autem interduo uno nomine τιάρα vocatas esse.

f. III. Flavius Josephus, clarissimus rerum Judaicarum Scriptor, tiaram suae gentis Sacerdotum ita describit: (d) ὑπὲρ(d) lib.3.  
κεφαλῆς φορεῖ πίλον ἀκανθὴν & διαυγέμενον εἰς πᾶσαν ἀυτην, ἀλλ' Antiq.  
ἐπ' ὀλύγον ὑπερβεβηκότα μέσον, καλέσαι μὲν μαστιφόρης. Jud.c.3' III  
τῇ δὲ κατασκευῇ τοιετός οὐτί, ὃς τε Φάτη δοκεῖ πεποιημένη  
παχεῖα. καὶ γὰρ ἐπιπτυχασθέντος ράπτωται πολλάκις. ἐπει-  
τε σῶδῳ ἀριθτὸς αὐτὸς ἐπιπτυχεῖται δίκυον μέχσι μετόπες  
ms. Caesareus & epitome Busbequiana μέχρι των ἀνω) τὴν  
περφήν τῆς ταυρίας καὶ Ἐπ' αὐτῆς ἀπειπεῖς καλύπτουσα καὶ  
δῶλω δὲ τῷ αριθτῷ γεγραμένη στίπεδον. Ήρμοσαὶ δὲ ἀκεράτως  
οἵ τοι μὲν εὐερρῦν ποιήτος τοῖς την ιερυργίαιν. Quae Gelenius ita  
vertit. Super caput gestat pileum non fastigiatum, neque  
torum caput comprehendentem, sed paullo plusquam medium. hic  
vocabatur masnaemphthes. Est autem tali apparatu, ut videatur Vie-  
ta linea sapce in orbem replicata & confusa, quam superne alia tela  
integrit usque ad frontem descendens & per superficiem verticis futura-  
rum deformitatem occultans. Hic adaptatur accurato, ne inter fa-  
cificandum delabatur. In editione Bafileenſi & Geleniana corrupte  
legitur μασναεμφθεῖς, quum sit legendum μασναφθεῖς vel μασναφθης.  
Ad quam lectionem proprius accedunt epitome Busbequiana (quam  
una cum aliis Codd. Magnus Bosius a V. CL. Lambecio ex Bibliotheca  
Caesarea natus fuerat) μασναφθεῖς; & Codex Latinus Noribergensis,  
in quo exstat masnephis. In ms. codice Latino Lipsiensi legitur masna-  
emphthes, in Vindobonensi vero, masnemphris. Sed perperam. Jose-  
phus tegmen Pontificis accuratius depicturus ait, (e) πῖλος δὲ ήν ὁ κράνος  
τοιετέρον αὐτῷ τῷ πλανοίσι, εἴεγκομινος τοῖς πάσοις ιερεῦσιν. ὑπὲρ αὐ-  
τοῦ δὲ συνεργάμενος (Cod. Caesareus & Epitome Busbequiana ὑπ' αὐτοῦ δὲ  
συνεργάμενος) ἔτερος εἴξι ταχινὸς πεποικιλμένος, περιβεχεται δὲ τε Φάτης  
χρύσος ἐπὶ τριγωρχίαι κεχαλκευμένος. θάλλη δ' ἐπ' αὐτῷ καλυπ-  
τεύσεται. Pileo, quali ceteri Sacerdotes, uterbatur, super quem exfas-  
hat alias conutilis ex hyacintho varians. hunc aurea corona tripli-  
cordine circumdabat, in qua spicantur calyculi aurei. Et post paulo:

Ἄδει καὶ λογίῳ μηγέστη τοιούτην λίμνην προσθήσεται, καὶ τῆς δὲ  
εἰμφερῆς τὴν περιγεαφίν; calyxulus autem est quantus articulus mi-  
nimi digiti circumferentiam habens cratere similem. Et mox : ἐκ  
τούτου μὲν τέφανον ἐκκεχάλκευτα, οὗτον δὲ τὸ τέφανόν πρὸς ἐκάπερ  
τὰν χρωτὰ Φων. τὸ δὲ μέτωπον οὐ μὲν ἐφιελίς εἰκόνεισι. λεγάδω γάρ  
ἔτιος ὁ καὶ λυξ. τελάμων δὲ τοῦ χρυσοῦ Γράμμα, οὐσίαν γεγομένων τῷ Θεῷ  
τὴν περιγεαφίαν ἀποτετυπισθεῖσαν. Gelenius reddit : Eodemodi co-  
rona ab occipitio circam tempora nostraque procedebas : nam frons enim isti  
calycali non ambiebant : sed cum horum quoddam latum aureum quod san-  
ctis characteribus DEI nomen incisum babebat. Haec Josephus.

§. IV. Ex quibus pater Pontificis maximi tiaram tres habuisse cor-  
(f) in Ex. tonas. Ambigit heic quidem Rivetus (f) utrum Josephus vera pro-  
c. 28 p. 209 dixerit. Sed mox sententiam mutat. Et sane non videmus caussam,  
ob quam Josepho hac in re fidem adimere debeamus. Quum enim  
Josephus ipsemet Sacerdos fuerit, suisque oculis non semel Pontifi-  
cem maximum viderit; quis vellet credere, eum heic falsa scripsisse?  
Fatemur equidem Philonem triplicis coronae nullam injicere men-  
tionem. caussam hujus silentii ignoramus. Si tamen aliquid conji-  
ciendum est, videtur, in templo primo Pontificis maximi tiaram

(g) tomo 1 illas tres coronas non habuisse, sed dēmum in templo secun-  
dā annal. fuisse additas; quod forte ideo factum est, quod Hyrcanus

(h) lsb. 3. aliique ex sacerdotali genere ad fastigium regiae potestatis acce-  
dere templo ruit. In hac triplici corona mīrifice sibi placent Baronius (g) Ribe-  
c. 14 p. 233. fa (h) & Cornelius a Lapide (i) nec quod pueri in faba repperisse se ar-

(i) in Ex. bitrantur. nam exinde deducunt, hoc insigne Pontificis Maximi V. T.  
p. 582. triplicem Papae coronam significasse. Sed unde his hominibus con-

(k) tomo 2. stat, hanc triplicem coronam Papae insignia indicasse? tacet Scriptu-  
annal. ra S. tacent Prophetae. tacent Apostoli. Quid? annon, fatente ipso

Eccles. ad Saliano. (k) haec triplex tiara vel a Josepho, vel ab antiquoribus  
annum praeter scripturae auctoritatem introducta dicitur. Quod si ergo  
M. 2544. non divina institutio fuit, sed humana, quomodo potuit esse typus ea-  
n. 565. 566 rum rerum, quae in N. T. fieri debuerant? Haec videns Ribera,

(l) l. c. mutata sententia, ait: (l) Petrum Apostolum instinctu Spiritus S. tri-  
plici tiara seu corona usum fuisse: At, mihi Ribera, hoc est merum tuum  
figmentum. De eo nihil tradit neque scriptura neque historia Eccle-  
siastica.

fratice. Quod si dñe singere licet, quae quæsto commentari non possent excogitari? Petrus sane non tam corona triplici, quam cruce fuit delectatus.

§. V. Tiarae fuit imposita lamina ex auro puro facta, quae duos digitos lata erat, frontemque ad aures usque cincta; ita Salomon Jarchi: צְבַיָּה שֶׁל זָהָב דִּזְהָב בְּאַצְבָּה טְקִיף עַל הַסְּעֵד (m) c. 39. Exodi (m) vocatur נֹזֶר הַקָּרְבָּן corona sancta, aut (n) Ioma forsan magis proprie dixeris corollarium sanctum; Latini enim e- p. 179. jusmodi laminas non coronas, sed corollaria nominarunt, uti monet (o) l. 21. H. Robertus Sheringhamius (n) & adfert locum ex Plinio (o) paullatim N. c. 2. que & Romæ subrepit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis; mox & corollaris postquam clamina aera tenui inan- (p) l.c. rata, nec inargentata dabantur. Nec dubitat Sheringhamius (p) quin (q) lib. 15. ad imitationem Pontificis Hebraei gentilium Sacerdotes sacrificatu- (r) lib. 4. ri coronas capite gestaverint. Ei adsentitur Tertullianus (q) ipsae, de corona inquiens, denique fores, ipsae hostiae & urae, ipsi ministri & Sacerdotes c. 14. p. 244. eorum i. e. gentilium coronantur. confer C. Palchaliūm. (r) p. 245.

§. VI. Laminæ inscriptum erat לְרוּחָתָךְ Sanctum Domino, (s) c. 28. ceu id haud obscure patet Exodi (s) & sic etiam LXX interpp. vulga- 30. tum & Auctorem Sapientiae; illos ἀγλαοπτερανεψις; istum Sanctum (t) in Ex. Domino; hunc μεγαλοστονινην vertendo, sensisse constat. calculum su- p. 959. um libenter adjiciunt Rungius (t) Baldinus (u) Gerhardus (x) Ri- (u) Part. 1. vetus (y) Buxtorfius (z) aliquæ; quamquam nonnulli Hebraei so- Pass. Typ. lum nomen τετραγενερατον in lamina scriptum fuisse volunt. Dis- p. 15. putant heic, utrum haec duo vocabula in una continua linea, an dis- (x) Tom. 3. junctim apparuerint, ita ut una vox alii fuerit superimposita. Rivetus Loc. 16 c. 1. (aa) probabile putat fuisse in una linea scriptas voces hasce duas, pro- sel. 1. §. 9. ut habentur in textu. Nos heic quælibet suo abundare sensu per- (y) in Ex. mitimus. p. 209.

§. VII. Hoc velamine, ut volunt, Sacerdotes admonebantur, se o- (z) in Lex. mnes capitii sensus DEO consecratos habere; ut ait Beda (bb) ne vel Talmud. oculi viderent vanitatem, vel aures audirent opprobrium adversus pro- p. 1907. ximum suum, vel os abundaret malitia & lingua concinniores dolum. Et (aa) l.c. quia recta ratio praecipiæ sedem in capite habet, sacerdotibus quoq; (bb) c. 8. tacite

(cc) l. 3. tacite indicabantur ; ne de rebus divinis pro arbitrio dissererent, sed  
de templo ut caput byssina vitta velarent ; i. e. ut intellectum captivarent sub  
c. 14. p. obsequium fidei. Quod monitum si observarent mortales , non tot  
352. haereses sectaeque in Ecclesia exsurerent , non tot rixae contentio-  
(dd) c. 12. nesve coorirentur. Alias mysticas significationes repperies apud  
de West. Franciscum Riberam. (cc)

§. VIII. Sacerdotes quoque gentilium vel vitta operiebantur , vide

(ee) l. 10. Lipsium (dd) C. Paschalium (ee) & Jo. Saubertum (ff) vel corona  
de coronis ornabantur ex ea ratione, quia sanctimoniam res coronis indicabant,  
6. 14. conf. Saubertum (gg) vel cidarim seu tiaram regum orientis more  
(ff) de sa- gestabant, ut liquet ex Luciano (hh) qui auctor est, urbis sacrae in Sy-  
crificis ria Pontifici ac soli quidem concessum fuisse , purpuram & auream  
6. 10. p. tiaram gestare, posteaquam videlicet Sacerdotiales coronae contem-  
216. titim haberi coepiae sint , quibus Patres , praecipue Tertullianum in-  
(gg) l. c. sensum fuisse legimus. Andreas Balensis, referente Petro Nannio (ir)  
(hh) de Dea Syria, conjicit, inaures ,quas Patriarcha Jacob una cum idolis in terrā intro-  
(ii) in no- derat, non vulgares inaures fuisse , sed tegmen seu velamen capitū Sa-  
tū ad S. cerdotū in cultu idolorum aures tegens, quales fuerint infulæ apud  
Ambroſi Romanos. Hoc displicet Anselmo Solerio (kk) Nos opinamur, inaures  
expositio- illas fuisse insignia alicujus superstitionis , dicata alicui fictitio Nu-  
nes in Ex. minii, qui mos olim per Syros Phoenices in Africam pervenit. Unde  
(kk) de viendam daemonibus adhibentur. Et erant in illis notae quaedam si-  
pilco p. derales, quae σφαγιδος vocabantur. Tales quoq; annulū ad mira per-  
242. petrandā adhibebantur ; partim valere crediti daemonibus pelleris ;  
(ll) Ep. 73 partim contra morbos ; vide Synopsin Bibliorum Criticorum (ll) La-  
(ll) 17 pfus autem est C. Paschalius (mm) cum ex his Virgilii verbis :  
Gen. 35, 4. --- sacerque tiaras.

(mm) lib. ostendere conatur, Martis Sacerdotem gestasse tiaram : nam Virgi-  
10. de co- lius non loquitur de Marte Sacerdote , sed de Priamo , uti cuilibet  
ronis c. 2. insipienti ad oculum patebit. Sacerdotes Persarum usurpabant tia-  
(nn) . 15. ras τολωτας καθηκνας εκατερωθεν i. e. filtraceas infulas ex ultra-  
que parte pendentes , teste Strabone (nn) Romani Sacerdotes tri-  
plex capitū velamen habuerunt, apicem , tutulum & galerum ; de  
qui-

quibus vide Solerium (oo) C. Paschalium (pp) Rosarium (qq) alios. (oo) de pl.  
que. Quod si Sacerdotum gentilium insignia , vittam scilicet infu-<sup>le</sup>o p. 246.  
lam , & coronam quis ruperit , res mali ominis habebatur. Adi  
Paschalium (rr). (pp) lib. 4.

§. IX. Pontifices Romani non una contenti sunt corona , sed *de coronis*,  
triplex in eorum capitibus conspicitur. Quinam eam invenerit, c. 15. p. 253.  
inter Scriptores non convenit. Ribera, ut supra vidimus, putat, A-621.p.273.  
postulum Petrum instinctu Spiritus S. ejus auctorem fuisse. Alii (qq) lib. 3.  
arbitrantur, hoc capitis velamen esse adscribendum Bonifacio VIII. *Anc* 199.  
nonnulli longius progressi ejus originem arcessunt a Paulo II. Si *Rom.* c. 15.  
quid heic pronunciandum est , autumamus, hoc Papae insigne diu (rr) lib. 4.  
post Christi nativitatem in usu esse coepisse. Nam posteaquam *de coronis*  
Pontificum potestas paullatim crevit, & Imperatores Romano-Ger. c. 14.  
manici triplici corona usi fuerant, videntur Pontifices ad ipsorum (ss) lib. 9.  
imitationem idem fecisse , vel ut aliquod jus , licet fictitium, in tria *de coronis*  
regna, Romanum, Germanicum & Longobardicum praetenderent ; c. 27. p. 659  
vel ut dominium in tres mundi partes Asiam , Africam, Europam *seqq.*  
habere se falso imaginarentur; aut ut potestatem suam in coelum,  
terram & infernum jactarent. C. Paschalius admodum oper-  
sus est in triplici hac corona exponenda ; sed nugas nugis cumulat.  
Certe triplices illa corona Papae fastum superbiamve denotat ; de  
qua ut pluribus agamus, non necessum esse arbitramur , quium jam-  
dudum hoc de arguento complurimi Scriptores disquisiverint.

§. X. Quali veiamine utantur Russorum Patriarchae & ceteri (tt) lib. 3.  
Sacerdotes, refert Adam Olearius. (tt) Ve:ba quoniam adnota- Stein. Pers.  
mento digna sunt , subjungere minime piget. Auf dem Kopff c. 28. p. 303.  
tragen die Patriarchen / Metropoliten / Etz + und Bi: 304.  
schöffe / wie auch Mönche Schwarze Hauben bey drey  
Ellen weit welche in der Mitte eine harterunde Platte als  
einen grossen Teller und hinten am Kopff herunter hängend  
haben. Et paullo post : in der vestitur wird dem Popa oder Prie-  
ster ein tuchen Mützen Skyffia genant (so gleich unsern Ca-  
lotten plat an der Haut lieget) aufgesetzet. Dß Mützen  
nehmen sie des Tages über niemals ab / es wäre dann das sie  
den Kopff scheren müssen. Es ist ein Heilig Bannet und hat  
gros richt wet einen Popen schläget und trist ihn auff das  
*Mütze*

Würgen / oder machen dass es ihm auf die Erde falle / der ist  
in grosse Straff verfallen / und muss ihm die Biezenkel bezah-  
len ; aber daher bekommen die Pöpen nicht desto mindere  
Schläge / weil sie gemeinlich versoffener unmüther seind / als  
andere Leute. Daum weil das heilig Würgen muss geschö-  
(uu) lib. 2. net seyn nimpt mans zuvor ab / schläget den Pöpen wol ab /  
Itin. Pers. und setzt ihm wieder sein auf / darvon wird hernach nicht so  
p. 133. gros Wunder gemachet. In tanto honore habentur Russorum  
Sacerdotes ! Felto Palmarum eorum Patriarcha gerit velamen album

corona gemmisque distinctum ; sic enim Olearius : (uu) am.

(xx) Orat. Palmtag träget der Patriarch einen mit sehr grossen Perlen  
V. p. 136. besetzten weissen runde Würgen und eine Crone. Cidaris usus

(yy) lib. 9. olim ad Ecclesiae Antistites translatus, ac eadem inter Episcoporu Ori-  
de coronis entis insignia vulgo recepta est; cujus rei testis est Gregorius Nazian-

e. 27. p 664. zenus; (xx) χειρίς, inquit, τὸν αἰχμέα καὶ περβάλλεις τὸν ποδῆς

(zz) lib. 5. καὶ περίθης τὴν κιόσιν ; idcirco Pontificem unguis, ac podere cinguis  
devit. capitique cidarim imponis. Album quoque velamen fuisse insigne

Pontif. episcopalis & pastoritiae curae, non dubitat C. Paschalius. (yy)

(aaa) l. 3. §. XI. Cardinales, Ecclesiae Pontificiae columnae, in pileis &  
de Pontif. galeris rubris cernuntur, quos primitus indultos fuisse ab Inno-

(bbb) dis- centio IV. in Concilio Lugdunensi anno 1244. vel anno 1245. (ut  
ferr. 4. de Spondamus in Breviario vult) tradunt Papirius Massonius (zz) &

Antiq. Onuphrius. (aaa) v. totius Germaniae decus Conringium.

Acad. (bbb) Non desunt tamen, qui multo antiquiore pilei rubri usum  
D. 136, 159. contendant, & initio omnibus Episcopis fuisse communem affir-

160. ment; quorum in numero est Erasmus. (ccc) Sed hos refellit Solerius

(ccc) l. 3. (ddd) Hic pileus ruber autem ideo Cardinalibus a Papa fuit con-

de ratione cessus, ut omnes, qui in illum ordinem legerentur, parati essent pro

concio- libertate Ecclesiastica propriam, necessitate postulante, vitam ex-

nandi. ponere morti, uti narrat Onuphrius (eee) quem sequitur Solerius.

(ddd) de (fff) Quamquam hic alias significationes adferat, quae apud eum vi-

pulco. 13. deri possunt. Admodum autem injurius est Solerius in Fridericum  
p. 277. II. Imperatorem, cum eum malignitatis accusat, acris, inquiens, hyems

(eee) l. 6. a Friderici II. Imperatoris malignitate Ecclesiam infestabat, nec de-

(fff) l. c. cras Martys occiso. Sane si historiam illorum temporum pensi-

p. 282. culatus,

edictus considerare vellemus , siquid manifestum feret , illam ma-  
signitatem non bono Imperatori , sed Papis , ea tempestate bipedium  
nequisitissimis , ad signandam esse . Annon Papa Honorius Veronensis ac Lombardis se adjunxit , summoq; scelere in Fridericum conjuravit ,  
quum nullam habuerit causam , quam quod Imperator Lombardo-  
rum & Saracenorum impeditus turbis , expeditionem sacram absolu-  
vere non posset ? annon Gregorius IX excommunicationis fulmen  
in eundem Fridericum , tanquam voti sacri reum , iniquissime torsit ?  
nempe hoc volebant scelestissimi Papae , ut Imperatoribus Germani-  
tis ad remotas orbis partes velut in exilium transmissis , & spe reli-  
gionis omnes fortunas suas effudentibus , suas interim veteratorias  
artes domi libere citraque ullius contradictionem exercere valerent .  
Et quae so perpendatur scelus Pontificis . Trajicere volentem in Palae-  
stinam inhibuit , minime ex dignitate Augusta instructam classem ob-  
jectans ; at postquam Fridericus rem feliciter gessisset , Pontifex ab-  
sentis Imperatoris subditos ad defectionem sollicitare non dubitavit .  
Fridericus suis ad officium redactis , Sardiniam quoque subegit .  
Quam cum Papa Ecclesiae reddendam diceret , nec obtemperaret  
Imperator , eum diris devovit & totum orbem litteris sollicitavit . Ex  
qua refiebat , ut ubique tumultus , seditionesve exsurerent . Sed Fri-  
dericus omnes Pontificis molitiones elufit aut oppreslit , eo que despe-  
xationis adegit , ut morbo , ex dolore contracto , extingueretur . At  
mox Innocentium IV sibi inimicissimum persensit ; quippe qui prin-  
cipes stimulavit , ut novum Imperatorem crearent . Quum igitur  
Fridericus Papam nullo modo placare posset , coactus vim vi repelle-  
re , sicarios a Pontifice subornatos supplicio affectit . Henricum , Has-  
siae Landgravium , Pontificium Imperatorem per Conradum filium vi-  
tit , & Thesauros a Papa V Wilhelmo Hollando submissos interceptit .  
Uter hic malignum , mi Soleri , se se praebuit , Papam an Imperator ?  
annon malitia est subditos ad defectionem sollicitare , sicarios sub-  
ornare , aliquem conari de throno deturbare ? Haec omnia fecerunt  
Pontifices Romani . Qua fronte igitur scribere potuisti , acrem bie-  
mem a Friderici II. Imperatoris malignitate Ecclesiam infestasse , NEC  
DEFUISSE MARTYRII OCCASIONEM ? egregii , si diis placet ,  
martyres . De ejusdemodi martyribus Scriptura nihil habet ; neque

opus est, ut propterea pilens ruber excogiteatur, quo homines admoneantur, fibi pro libertate Ecclesiastica mortem esse oppetendam. Certe si velamen Cardinalium ob nullam rem, tamen ob tam pessimum initium suspectum haberi debet. Et mirandum est, ad hunc diem usque tam multos, etiam illos, qui vera quandoque religione imbuti fuerant, ejusmodi purpureum pileum anxie ambire. Sed nec illud probari potest, quod huic capitinis velaminis tantum privilegium tribuatur, ut etiam reum, capitali supplicio dignissimum, a morte liberare queat; de quo consule Solerium. (ggg)

(ggg) de  
pileo p.  
285.

(hhh) l. 4.  
de coronis  
s. 23 p. 374

(iii) de  
pileo p.  
292.

(kkk) lib.  
de vocibus  
Ecclesiast.  
obscario-  
ribus.  
(ll) lib. 15  
Syntagm.  
c. 12.

(mmm)  
l. c.  
(nnn) l.e.  
p. 294.

§ XII. Episcopis apud Pontificios peculiare capitinis velamen est viridis galerus & mitra. Mitra est bicornis & patulo curvamine superne hians, nec plane ab simili pileo cornuto priscorum Sacerdotum ethni eorum, de quo vide C. Paschalium. (hhh) Ejus usum esse in Ecclesia per antiquum censet Solerius, (iii) quamvis recentius sit, ut auro gemmisque exornetur, quod non ante annos sexcentos accidisse scribit Onuphrius. (kkk) Cur autem haec mitra Episcopalis duo habeat cornua, non adeo liquet. Petrus Gregorius (lll) ait, significari scientiam tam V. quam N. Testamenti. C. Paschalius (mmm) putat, denotari duas dotes, Episcopis convenientes, scientiam & sanctitatem. Ridiculus est Solerius, cum opinatur, (nnn) sub innui caritatem in DEUM & in proximum, Episcopis propriam in quarto modo. An enim soli Episcopi Pontificii & quidem semper DEUM proximumque amant, diligunt, fovent? Certe ipsa praxis contrarium testatur. Annon plerique ex Episcopis hodiernis Pontificiis turbas & bella cierint, subditos infinitis oneribus premunt torquentque, & nec DEUM nec proximum suum curant? Prae ceteris heic eminent Episcopus Monasteriensis; quippe qui tot mala in Germaniam & in propriam ditionem intulit, ut mirandum sit, ipsum ad hanc horam usque impune abiisse. Sed vindictam divinam suo tempore perfecit.

(ooo) l. c.  
p. 300.

§ XIII. Reliquus apud Pontificios clerus habet capitinis tegmen, quod plerumque est forma quadrata. Cujus de significationibus conuale Solerium, (ooo) in his enim admodum prolixus est. In nostra Ecclesia Pastores non uno capitinis tegmine utuntur: in quibusdam locis parva & rotunda bireta gestant; in aliis non item.

Caput

## Caput quintum & ultimum.

De

### Velaminibus capitis, quae certo duntur taxat tempore adhiberi solet.

Hebrei in sacris faciendis capita velant. aliquor causa hujus ritus adferuntur. Ecclesiistarum Luberonarum consuetudo in orando. Moysis velamen. duo loca Exodi 35, 33. seqq. & 1. Cor. 3, 13. seqq. collustrantur. Romani in idem in Sacris velato erant capite. causa. velatio unde orta. quibusdam tuis se non velabant. Saturni fratre Crodonis effigies apud Germanos capite nudo est cur? Scheldius narratur. Christiani quando in Sacris nuda habent capita. Papae Privilegium. Armeniorum consuetudo. Christianorum denuo datio capitis ad recitationem Evangelii. Graeci quoque in sacris nudata babebant capita. Scutius notatur. Sinenium mos. infantum baptizatorum capitis velamen olim quale. quamdiu duravit. Velamen capitum Doctorum & Magistrorum. origo. forma. color. velamen capitum tempore luctus apud Judaeos. Piscator, Emmanuel Sa aliisque refelluntur. formulae Scripturae explicantur. dubium subvicitur. verbum γένος quid notet. velaminis etiam parriceps fit barba. οὐδὲ quid. varicinum Es. 25, 7. illustratur. Romanorum filii itidem tempore luctus capita velant. causa. Hodiernorum Germanorum mos tempore luctus. Supplicum capitum velamen quale. Qui ultimo supplicio afficiendi sunt velabantur. ratio adseritur. intrancium lupanaria capitum velamen. Christiani hodierni taxantur. Mortuorum capitum velamen. Christi sudarium. disortacio finitur.

§. 1.

Inter velamina capitum, quae certo tempore adhiberi solebant, primo loco occurrit velamen in sacris faciendis. Hebreos in sacris capita obvelasse certo certius est, idque ab eis Turcas habuisse scribit

E 3

Geor.

(a) lib. i. de Georgevitz (4) De Hebraeis fuisse id prosequitur Abulensis (b)  
cerimonis & putat, eos fecisse ex imitatione Moysis, qui non audebat Dominum  
Turcicis in ignito rubo latitatem, a picere, & propterea faciem obvelabat.  
c. i. Id quod imitabatur etiam Elias faciem suam adopertus padio, &  
(b) in c. propheticō piloso. (c) Immo hodierni Judaei cottidie ad vesperam  
13. Levit. in Synagoga oratum venientes, velant faciem, capite in sinistrum  
(c) i. Reg. latus propendentes, nimirum ne alter alterius audiat forte conser-  
19. 13. sionem, uti narrat celebris Buxtorfius. (d) Sunt tamen aliae causae,  
(d) c. 8. 5. cur Hebrei capita in sacris faciendis velaverint. Nam reperiuntur,  
nagog. qui hunc ritum ad reverentiam ac veluti verecundiam comparendi  
Jud. p. coram DEO reducant. Nec adeo male: qui enim verecundantur, fa-  
204. ciem & caput operice solitant. Sic pueris hoc quasi natura est inditum,  
ut arte, qua posunt, vultum abscondant, cum plorant, eundem demit-  
tendo, avertendo, palmis tegendo. Sic quando pudicae virgines  
aliquid ob coenum vident, manibus faciem tegint. Sic Socrates apud  
e) in Phae. Platonem (e) ad parum pudicam orationem caput operit, quem lo-  
dro. cum notavit Antonius Julianus Rhetor apud Aulum Gellium, (f)  
(f) lib. 19. quiq[ue] resupinus, capite convelato, voce admodum quam suavi ver-  
6. 9. fias cecinit Valerii Aeditui Veteris Poetae; item Sortii Licinii & Quinti  
Catulli, quibus mundus venustus, limatus, presius nihil quicquam  
reperiri putat Aulus Gellius. Quin in ipsa Scriptura S. legimus, Che-  
(g) E. 6. 2. rubra suam faciem velasse, (g) ut videlicet suam in ordine ad DEUM  
imperfectionem & metum cum debita reverentia conjunctum indi-  
carent; uti hunc locum Patres & alii interpretes communiter expo-  
nunt. Pari modo quando Hebrei in templis capita velabant, tacite  
subinuere volvere, se DEUM non perfecto amore prosequi, sed  
multis infirmitatibus adhuc laborare. Quamvis dicere possumus,  
fuisse etiam signum subjectionis, quod Hebrei caput obvelaverint;  
ceu patet ex i. Cor. XI, 10. quo de loco in alia dissertatione fuisse age-  
mus. Atque exinde Ecclesiarum nostrarum consuetudo deducatur  
esse videtur, qua precaturi viri pileo suam contegere solent faciem;  
feminæ autem in templis asidentes eandem ad genua declinare: qui  
ritus tamen etiam ob hanc causam est introductus, ne devotio per oc-  
cursantia sensibus objecta externa turbetur, neve gestus inter oran-  
dum

dom in vultus suborti & videri & rideri a profanis queant, uti bene lo-  
quitur Summus Theologus Martinus Geierius. (hh)

(h) de la-

¶ II. Velamen illud, quo Moyses faciem suam operire solebat, ~~et in Ebrae-~~  
considerationem theretur. Legimus enim in Exodo, (i) Moysen ex orum c. II.  
monite Sinai reversum, ignorasse faciem suam splendere, populum p. 250.

vero ejus splendorem oculis aspicere nequivisse. Moysen igitur ve- (ii) C. 35,  
lamen super faciem posuisse, quotiens cum populo loqui voluerit. 23, seqq.

Illiud autem rursum deposuisse, quando cum DEO fuerit locutus. Pu-  
tant equidem Menochius, & Cornelius a Lapide, Moysen primo  
locutum esse facie non velata ob majestatem, reverentiam & testimo-  
nium legis, deinde velum injecisse, ut liberius cum populo loquere-  
tur. Multi interpres verba hunc in modum vertunt: *Moyses non  
posuit velamen, nisi postquam absoluisset loqui.* Sed minus recte. Nam

quid opus fuisset velamine, si orationem suam finiverat? unde potius  
cum iis facimus, qui dicunt, Moysen vultum suum ante sermonem  
cum populo habendum obvelasse: ut proinde verba Ebraea sic sine  
reddenda; & posuit velamen super faciem suam, & tunc complevit  
loquus cum sis. Hunc sensum agnoscit Lipomannus: *Consammatis,*  
*inquietis, Moyses loqui ad populum, quia secundum eis Dominus promul-  
ganda promiserat, semper interim obrectam habens faciem suam prae-  
splendore nubens, quem intueri non poterant. Interim Dominum alio-  
cavenerus deponebat velamen.* Ad quod velamen respexit D. Paulus,

dum ait: (k) ἀχες τὰ στρεφον τὸ αὐτὸν κάλυμμα οὐδὲ τὴν αναγνώστην. (k) 2. Cor  
πελαῖς διαθέμεν μέντος, μην ανακαλπόμενον (ὅτε τὸ χριστὸν καταργεῖ) 3, 14.

τοι) αἱλλα ἔως στρεφον πίνεται αναγνώστηται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τῷ  
καρδιῶν κατατά. Usque hodie, id ipsam velamen in lectione veteris testa-  
menti manet non revelatum (quod in Christo evanescit) sed usque ha-  
die cum legitur Moyses, velamen super cor eorum positum est. Quo loo-  
co non intelligitur obscuritas librorum leg's & prophetarum, ut qui-  
dam volunt, sed mentis hebetudo, quam parit affectio carnalis ac ter-  
rena, qua videlicet mens impeditur, ne veritati, quam Scripturae  
tradunt, acquiescat, quod est nihil aliud, quam nolle credere. Nam  
quod obscuritas legis ac prophetarum non sit velamen ab Apostolo  
intellectum, ex eo liquet, quod illa obscuritate manente, & non obla- (I) in b. L  
ta, complusculi crediderunt. Videatur Dogissimus Guil. Estius (I) p. 454. (I)  
Pergit

Pergit autem Apostolus: Ηρίκα δ' ἀν Πτισέβην τερες κύρον, περιε-  
ράται τὸ κάλυμμα; cum autem conversus fuerit ad dominum, circums-  
auferat velamen. Non male heic sentire violentur, qui illud Πτισέβην  
conversus fuerit ad Moysem referunt, ut hoc loco novum mysterium in  
eius persona praefiguratur nobis ob oculos ponatur, ita ut sicuti vela-  
ta Moysis facies gentem Judaicam, in infidelitate pertinaciter perma-  
nentem, significaverit: ita idem Moyses, velamen removens, indicaret  
eos, qui ex eadem gente tempore N. T. convertendi essent. Sed Estio  
Paulus non videtur agere de conversione Judaeorum ad Deum, aut  
de Moysi eorum conversionem significante, sed potius de Moysi  
praefigurante populum Christianum, & vult, Apostoli sententiam esse  
hanc. Quemadmodum Moyses faciem velatus significavit populum  
yeterum DEO contrarium, & cor habentem obseuratum: ita idem  
Moyses, reiectam habens faciem, typum gessit populi Christiani ad  
DEUM conversi, & revelata facie cordis mysteria contemplantis. Quae  
postrema expositio vero quam maxime consentanea est.

§. III. Sicuti autem Hebraei in sacris faciendis capita habebant ve-  
lata: ita & Gentiles idē fecisse legimus. Curculio parasitus apud Plau-  
tum: *Quis hic est, qui operto capite Aesculapium salutat?* & alibi Plau-  
tus: *Invocat DEOS immortales, ut sibi auxilium ferant, manibus parvis,*  
*capite operto.* De Romanis testis est Plutarchus. (m) Unde cum Vitel-  
lias Caligulam, ut DEUM, adorare vellet, capite velato eum salutavit.  
Cujus rei plures adserit Plutarchus causas. Prima est, ut mortales animi  
demissionem profitenterentur. altera; ne vox mali omnis foras accide-  
ret. tercia; ut indicarent genium, qui in nobis est, DEorum, qui extra  
(n) 3. Ac-  
ced. sunt, ope indigere jusque supplicare. quarta; ut inter Sacra sensus ab  
omni obtutu securi, soli rei divinae vacarent. Nec aliter Virgilius (n):

*Purpureo velare cornas adopertus amictu,*

*Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum*

*Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.*

Qua de causa per praeconem jubeantur, qui Sacris intererant, suorum  
sanctorum linguis, & oraculura petituri tinnitu aeris circumsonabam-  
tur. Et Ritus hic velandi se in sacrificiis ab Aenea ortum traxit, ut

(o) Gene.  
Rom. c. II. nōs edocet Origenes (o) cum vereretur, ne ab hoste cognitus periculum  
subiret,

subiret, itemque rem divinam interrumpere suum omnium nefas duceret,  
expus velamento obduxisse, arguita pleno ritu sacra perfecisse, inde po-  
steris traditum morem ita sacrificandi. Non autem exhibebatur hic (p) 174.  
honos Herculi; id quod ideo factum esse censet Macrobius, (p) ne quis Sat. c. 4.  
in aede DEI habitum ejus imitaretur: nam & ipse operto erat capite. sub fine.  
Neque opi, teste Alexandro ab Alexandro: (q) neque veritati; quia (q) L. 2.  
veritas oculi obscurarique non potest, ut ait Plutarchus: (r) neque etiam (r) sub  
Saturno. Hinc ille apud Germanos sub Crodonis nomine in fine.  
arce Haresburg ad silvam Hercyniam civitatemque Goslarensem (r) in  
colebatur imagine Senis, stantis in pisce Persico, induso amicti, linea quae  
vinculo cincti, tenentis rotam ac urnam, nudis pedibus, capiteque Roma.  
nudo; ut eum depingit Cl. Saubertus. (s) Elias Schedius (t) putat, ca- (s) de sa-  
pitis nuditatem denotasse colendum DEUM pectore puro. at eum sacrific. et al.  
recte taxat laudatus Saubertus; quum potius indicarunt, veritate p. 377.  
occultari non posse, cuius Saturnus parens ac DEUS habebatur; vel (t) de D.  
quia Saturnus inter inferos terrestresque DEOS numerabatur; vel Germanie  
quia velandi capitinis ritum tradidit Aeneas. Saturni vero sacrificium t. 4. c. 2.  
multo sit vetustius. Adi, si placet, Plutarchum (u) Jo. Henricum Ur- (a) prosl.  
fanum (x) Stuckium (y) Saubertum. (z) n. 800

§. IV. Hunc ritum velandi perstringit D. Paulus (aa) & praecipit, note. Box.  
ut viri inter Christianos, preces ad DEUM fusuri, aperto sint capite. hornis.  
Cui dicto plerique Christianorum hodie sunt audientes. Non enim fa- (x) vol. I.  
cile coenam Christianum repperies, in quo viri orantes & ad sacram Anal. S.  
coenam accedentes capita non aperiant. Quod autem ad concionatores p. 39.  
attinet, ibi aliqua differentia occurrit. In quibusdam locis, ut v. gr. in (y) de  
dulcisima mea patria Ulmensis omnes, qui praefecto textu concio- convivis  
nem ad populum sunt habituri, capira tecta habent, sive jam in officio p. 69.  
Ecclesiastico versentur; sive minus. In aliis vero ditionibus juniori- (z) loco  
bus, nondum ad dignitatem Ecclesiasticam elevatis, minime conce- anta con.  
ditur, ut velato capite concionentur. Apud Pontificios fere omnes re.  
prae reverentia capitanaudant, Sacerdote missa celebrante, & si quis  
ex Lutheranis aut Calvinianis missae celebrationi interest, neq; pile- (bb) de pi.  
um deponit, illum non adeo benignis oculis aspiciunt, immo in- terdum verberibus excipiunt. Pontifex Romanus autem habet hoc leo p. 38.  
privilegium, ut cum pileo missam administret, teste Solerio (bb) Ar-  
menii

(cc) in 2.  
adversus  
hos inve-  
tiva hac-  
refi 25.  
(dd) de  
piso p. 39.

menii autem heic aliam habent consuetudinem, nam eorum Episcopi ac Praepositi ne dum sacris operando caput roctum habent; sed et inter celebrandum duplex capitum operimentum assumunt; si ergo duplices pi- leo rem sacram peragunt, ut ait Isaac. (cc) Christianis quoque jam olim ex usu fuisse capita denudare ad recitationem Evangelii, Solerius (dd) prolixè ex Hildeberto demonstravit. Immo cum Evangelia o- lim in veteri Ecclesia legerentur, fideles asurgere solebant. Hoc di- dici ex Philostorgio, ubi de Theophilo Indo ita scribit: *Inde (ab Ho- meritis) ad aliam Indiam profectus est, multaque quae apud eos bandri- se siebant emendavit. Nam et sedentes audiebant lectiones Evangelicas.* Qua de re non ita pridem fuisus Amicus quidam carissimus in Socie- tate Disquiritium disseruit. Uterque mos in Ecclesiis nostris hodie observari solet.

(ee) Synt.  
tagm. 17.  
bisk. Deot.  
(ff) lib. 3.  
Antiq.  
sqvq. p.  
130.

§. V. Fuisse hunc quoque usum consuetudinem Graecorum Eth- niorum, ut sacrificarent aperto capite, refert ex Varrone Gyraldus. (ee) id quod & Romanos ante Aeneae adventum fecisse, supra ex Plu- tarcho vidimus. Unde nescio, utrum Jo. Guilielmus Stuckius (ff) re- cete culpet Demetrium Triclinium, qui in illud Pindari hymno Olym- piorum στύλος ὑπάλθιος sic commentatur: διχα λνες εν κεφαλῃ καλύματος. οτω γαρ ιν έθος ευχεστη. h.e. sine capitib. operculo; sic enim moris erat supplicare. ad quae verba laudatus Stuckius: fal- sum est, gentiles otium nudatis capitibus Deos supplicasse. At Graecos & Romanos ante Aeneae adventum in sacris faciundis nudata habui- se capita, paullo ante ostendimus. Capita quoque aperire Sinensium in oribus nefas habetur, nec nisi ii, qui ad capitale supplicium trahun- tur, capitib aperire solent. Unde qui ex eis fidem Christianam am- plixi fuere, eo duntaxat tempore capita nudant, quo peccata coram Sacerdote fatentur, & veniam delictorum petunt: volunt autem tacite indicare, se morte dignos esse. Nec suis Sacerdotibus permitunt, ut sacram coenam aperto administrent capite; & hoc privilegium facti sunt a Pontifice Paulo V. teste Solerio. (g)

(hh) l. i.  
de insti.  
Cleric.  
6129.

§. VI. Ceterum olim in Ecclesia haec consuetudo vigebat, ut infantum baptizatorum capitibus velamen imponeretur. Cujus con- suetudinis commeminit Rabanus, (hh) & insimul rationem subjicit; regitur, inquit, baptizatus scilicet, post sacram unctionem, caput ejus miflico

mystico velamine, ut intelligat se dissidentia & Sacerdotales dignitatem  
portionem, iuxta Apostolum; vos estis (inquit) genus Regale & Sacer-  
dotiale, offerentes vosmetipsas DEO hostiam vivam, sanctam, DEO pla-  
centem &c. Nam Sacerdotes in V. T. quodam mystico velamine, caput  
semper ornabant. Gemina ferme tradunt Ivo (ii) & Guilielmus Du-  
randus. (kk) Graeci vero adibebant hoc velamen eo consilio, ut  
subinnuerent, tutelam militi Christiano in tam insigni arce ac pro-  
pugnaculo perquam necessariam esse; unde & illud galeam vocabant.  
Hoc colligimus ex Nicephoro, (ll) ubi describit pueros imitantes ritu  
cum baptisimi: *Laciniis vestis lineis dividentes in partes, simulacula*  
*dimictris, qui in calibus usurpabantur, faciebant, & super caput mystis*  
*tate galeam praetulare efferabant.* Huic velaminis quidam Christiani  
norum filium rubrum inseriere, ut docerent, aquam baptistini a famili-  
guine Christi rubram quasi reddi, ut testatur Solerius. (mm) Et  
hoc capitinis velamen recens baptizati per octo dies, aequa ac candi-  
tam vescem gestabant. Hoc innuit Pseudo Augustinus (nn) *Hodie in*  
*quiens, octavae dicuntur infantium: revolanda sunt capita corona*  
*quod est in dorsum libertatis. Habet enim libertatem ista spiritualis na-*  
*civitas; proprie autem carnis naturas servirantem.* Hic titus per  
longum temporis intervallum in Ecclesia observabatur, quum ejus  
mentionem fecerit Ivo, qui sub initium Seculi XII. floruit, seu supra  
vidimus. Post illius tempora videtur desisse. Unde & apud Hu-  
gonem Victorinum, qui non ita multo post vixit, altum de eo est si-  
lentium; ut id observavit Solerius. (oo)

¶. VII. Qui hodie ad gradum Doctoralem sive Magisterialem  
admittuntur, peculiare capitinis velamen habere videntur; cuius  
lusus pervetustus est. Non tamen ante Innocentium IV. Papam  
purpureum galerum doctoralem extitile, censer, vir rerum litterarumque  
peritissimus Conringius. (pp) In quibusdam locis illis, sert. 4. de  
qui Doctores Theologiae evadunt, galero nigro; Jcti rubro; Medici  
vero & Philosophi violaceo aut coeruleo pileo ornantur. Quos diver-  
sus colores exponit Solerius. (qq) ait eam Doctorum Theologiae pli-  
cam ideo esse nigrum, ut doceantur, se esse mundo mortuos. (qq) de  
rum pileu esse rubrum, propterea quod regibus & principibus terrae, pileo p.  
queru ornamenti sive insigne sit purpura, adsint Medicis vero & Philo-  
sophis.

scilicet galenos & iacens aut ciborum cum tribus ut moneantur, occi-  
los suos non declinare in terram. In inclita haç SALANA in promo-  
tionibus Doctoribus & Magisterialibus galerus non ejusdem co-  
loris adhiberi solet. Donantur autem Doctores ideo pileo, ut discant,  
se ex libertate Scholastica eripi, & potestatem sive docendi sive publi-  
ca munia exercendi consequi. Forma pilei doctoralis non uno se me-  
do habet; alibi rotunda; alibi quadrata forma in usu est. De qua re  
vide Solerium. (qq) Optandum eslet, ut nulli, qui ejuscemodi pileis  
condecorantur, vacuum Doctorum nomen prae se ferreat. At  
quam multi hodie repperiuntur, qui titulo Doctoris accepto, mirifice  
sibi placent, rati; se cunctos eruditione anteire, quum tamen eorum  
exultatem etiam infimae fortis homines deprehendere queant, ita ut  
prudentius facturi fuissent, si gradum Doctoralem non accepissent.

S. VIII. Quibus olim ingens calaritas contigit, illi non solum caput  
demittere, sed etiam involvere & tegere solitabant. Sive quia lugen-  
tibus lux gravis, gratae sunt tenebrae. Sive quia se conspicere & digne-  
notari aegre ferunt. De Judaeis est res notissima. De Davide hoc  
bis legitimus. Quum enim audita Absalonis molitione, urbem Jerofo-  
lymam deseruisset, & ad montem Olivarum pervenisset, ipse una cum  
populo, qui aderat, velato capite incedebat: (rr) Sic nuntiata Absalo-  
nis morte, iterato caput velare sustinuit. (ss) Ad quem locum diserte  
Kimchius: בַּיִת רָאֵר דְּאַבְּלָה לְהַר עֲלֹמָה quia sic moris erat lu-  
gentium, operire se in ipsum. Idem habet quoque R. Jeschiaia ad h. L.  
Piscator, Emanuel Sa' aliique ex Ezechiele (tt) ostendere conantur,  
lugentes Ebreaeos incedere confueisse capite aperto & pulvere con-  
sperso. Verum quo pacto id ex Ezechieli loco evinci queat, non vi-  
deo, vox enim: וְאַתָּה non quamlibet promiscue tiaram designat, sed  
capitis ornamencum praecipue, sicut hoc tam ex origine, quam clara  
oppositione liquet Es. LXI: 3. Licet igitur lugentes ejuscemodi capi-  
tis ornamencum deposuerint, num exinde quae se sequitur, ipsos de-  
novo non sollicitos fuisse velamine? minime gentium. Praeterea pro-  
be sunt tempora distingueda. Non enim penitus inficias ire volu-  
nus, lugentes quandoque sub initium luctus caput violenter deni-  
classe; sed tamen hoc etiam verum manebit, eosdem successu tem-  
poris id aliter altiusque involvisse. Immo & hoc largiri possumus,

Lugentes

ingentes quandoque domini nullis sedisse capitibus. at opinamur, si in  
publicum prodeundum fuerat, ipsos sepe peplis obtexisse. Hanc ex-  
positionem nobis sppeditavit, vir de Ecclesia Orthodoxa meritus-  
mas Dn. D. Geierus. (uu) Hinc illae in Sacra Scriptura fre-  
quentes formulae : *operis ignominia*, *operis confusio faciem*; (uu) de  
*operis pudore*, & similia, quae sicut ad pudorem ipsum refe-  
rantur, quo facies, veluti velamine operitur, explicari etiam apte  
possunt in hunc modum: *opers faciem meam praet luctu & pudore.*  
Sic magnates Iudeorum, ne aquam quidem pro levanda siti nanci-  
scentes vultum obvelasse legimus. (yy) nisi dixeris hocce 1ΕΠ op-  
eruerunt pertinere ad pueros, frustra se missos cum pudore se redire  
h. m. significantes. Idem quoque agricultas fecisse Propheta Jeremia  
meminit. (zz) Sed dicas, quomodo velatio apud Ebraeos luctus si-  
gnum esse potuit, quum tamen capitum opertio diserte praecipiatur iis, (22) c. 1. 4.  
quibus lugere prohibitum sit? quippe in Levitico (aaa) Deus Sacerdo-  
ribus mandat: **לֹא תַעֲלִם רָגְבָרְוּ וְשִׁיכְבָּרְוּ**, nolite nudare capita vestra, vulga-  
tus reddit. item (bbb) Summus Sacerdos caput suum non **עַד יְמִינֵיכֶם** co-  
operier. Si igitur nudanda non fuerunt: ergo velanda; si velanda,  
quomodo velatio luctus indicium esse potuit? Huic dubio satisfacere  
multi interpres laborant: Targum vertit: in capitibus vestris:  
**פִּירָעָה נְנֻרְנָעַת כְּמָמָה**. Sequitur R. Salomon. & hunc  
Munsterus, Pagius, Clarius: vid Synopsin Bibliorum Criticorum. (ddd) (ddd) in  
Verum horum interpretationem non adeo accuratam esse, perdo-  
ste demonstravit Dn. D. Geierus. (eee) Nam verbum **עַד** plane (eee) de  
in aliam significationem detorquetur; si quidem interdum ab Ebraeis  
exponitur per **לֹא**, quod est cessare fecit, irritum habuit, floccipen-  
dit. Confer elegantes notas Geieri in Prov. (fff) interdum ponitur 254.  
pro nudare, revelare. Sic usurpatum in Num. (ggg) de femina adulterii (eee) c. 1.  
suspecta, quam coram D E O sistebat Sacerdos, **עַת רָאשׁ** **עַת רָאשׁ** 25. c. 4. 15.  
nudabatque caput ejus. & in Lev. (hhh) de Leprosis, **quorum uestes lace-** (fff) c. 5. 85.  
**rac caputque ejus עַד רָאשׁ** nudatum sit. Sicut igitur tam determinata (ggg) c. 13.  
specia, quam de leprosis non capillorum nutritio, sed capitum denuda-  
tio velaminumque subtractio per hanc phrasim effertur; ita & de (hhh) c. 27.  
personis sacris eandem merito velaminum sublationem intelligimus. 16.  
interdictam, ne scilicet confusio velamine prae impatientia abjecto,  
lugubre:

lugubre tegmen capiti imponerent. **Itemmo** hec DEUS praecepit Sacerdotibus, ne nudo incederent capite, velatio tamen capitii potest optime signum esse luctus. nam unius rei plures dantur fines. Sic vestes nigrae hodie sunt indicia luctus. at multi utuntur vestibus nigris, qui tamen lugent neminem. Pari modo operatio capitii sicut signum luctus, sed nihilominus potuerunt Sacerdotes capita sua tegere, ut non luxerint.

§. IX. Velaminis etiam particeps sicut facta barba. Id colligetur Ezechiele, (iii) cum DEUS Prophetae mandat: **וְלֹא רָעֵתָה עַל שְׁפָט** neque obvelles barbam. Ubi **בְּשֶׂנְיָה** secundum R. Salomonem aliosque Rabbinos idem est atque mystax, id est, pilus, qui supra labium sub naso videtur. Verum Dn. D. Geierus (kkk) magis accedit sententiae Merceri, *juxta alios, inquietis, est totum labrissum, i. e. quicquid infra nasum continetur, etiam cum mento; non tamen, ut alii addunt, mandibula, meo iudicio. Totum tamen barbae locum completi videtur. Cum quo & nos facimus, & per vocabulum **בְּשֶׂנְיָה** totum barbae spatium, seu oris partes omnes intelligimus in luctu operatas. Vide, quae loca Dn. D. Geierus tam ex Scriptura S. quam ex Maimonide adducat. Id quoque Flacius Illyricus (kkk) observavit, in funebrib, ajens, *luctuos tegebant parvo lineo & caput involuebant, praesertim in publicum prodeentes.* Confer Cornelium a Lapide (lll) Atque ex hoc ritu apte ac concinne vaticinum Esiae (mimii) illustrari poterit, ubi Messias dicitur:*

**וּבְלֻעַ פָּנוּ הַלּוּט חֲלוֹט עַל כָּל הָעִמָּקָה וְהַכְּבוֹד** *amoturus facies vel, velum illud quod operit omnes populos:* Nam secundum B. Lutherum aliosque interpres hoc loco describitur remocio mortis; siquidem & mortui, & vivi mortuos lugentes velari solebant.

§. X. Tempore luctus alios capita velate, ex historiis constat. Sic apud Romanos parentes mortuos filii efferebant capitibus velatis; filiae nudis & passis crinibus. Cujus consuetudinis has rationes adserit Plutarchius: (ooo) vel quod filii venerandi sint parentes tamquam dii; (qui operto capite colebantur) filiabus autem lugendi, ut mortui, quos aperto capite luxerunt. Atit, quod luctai maxime congruit, quod est alienum a communia consuetudine. Solebant enim mulieres testis; mares nudis capitibus in publicum prodire,

(iii). c.

24. 16.

(iii) loco  
ante cita-  
tio.

(kkk) in  
Clave vo-  
ce panis.

(III) ad E-  
zech. fol.  
1106.

(mmm)  
5.25, 7.

(ooo)  
quaest.  
Rom.  
probl. 14.

dire. Ita apud Graecos, si qua calamitas insciderat, tondebantur mulieres; viri comam alebant, cum alioquin hi tonderi illae comam gerere consueveriut. vide sis Lipsium (ppp) Jo. Henricum Ursinum (qqq) (ppp) de Stuckium (rrr) Geierum (sss) Kirchmannum (ttt) aliasque. De Dario, ultimo Persarum rege legimus apud Curtium (uuu) ipsum uxorem fato defunctam capite velato flevisse. Et Seneca (xxx). c. 19.

*Namque ipsa tristis vestis obducta capat*

*Velata iuxta praesides adstas DEOS.*

Sic cum apud Homerum (yyy) cantor quidam a coena Trojanorum atque Graecorum calamitates cecinisset, sequentia leguntur:

αὐτὰς ὁδυστεῖς

Πλοεφίρεον μέγα Φάρος ἐλών χερσὸν πιθαρεῖσθαι  
Καίκης Φαλῆς εἶρεσσι, καλυψε δὲ καλαμφωπήι,  
Λίδητο γαρ Φαινκας ὑπ' ὄφεύσι δάκρυα λείβωι  
Η τοι ὅτε λιξειν αἰσιῶν θαῖς οὐδός.  
Δάκρυν ὄμορχαμεν Φαλῆς δάκρυ Φάρος ἐλεσσε

Et non multo post:

Αψ δὲ ὁδυστεῖς καὶ κράτε καλυψάμεν θυσίαν:

— — — — — *ceterum Ulysses*

Purpurea ingenti ueste manibus fortibus  
Et in caput traxit, obrectit autem pulcram faciem.  
Reverebatur enim Phaeacas sub supercilios lacrimas stillans,  
Sed quando desinebat canens drowsus cantor  
Lacrimas abstergendo a capite ruficam demebat,  
Rursus Ulysses capite obvoluta lugebat.

Non adeo multum ab illis moribus differt hodiernus Germanotum θ.  
mos, quam non solum uxores virginesve suis peplis linteisque candidis, sed & viri juvenesque nigris faciem velantes tegminibus, honoratum funus comitentur, haud dubie eo consilio, ne lugubres vultus, gestus, viro gravi fortean non convenientes, & contra voluntatem sanctius prorumpentes a vulgo spectante animadvertantur. Quae consuetudo etiam in dilectissimo patrio solo viget, ita ut viri faciem aliquo nigro peplo tegant. Id quod tamen heic loci observari non solet. Antequam ad alia deveniamus, lubet heic interserere, quae B. Chemnitius, divo Luthero omanja similis, de priscis Halberstadiensis me-

(qqq) vol.

I. Anal.

p. 39.

(rrr) l. 2.

Antiq.

contiu. 6.

23. p. 231.

(sss) de

luctu Ebr.

p. 261.

(ttt) lib. 20

de Finn.

5. 16.

(uuu) l. 4.

6. 10. n. 34.

(xxx) in

Herc. Fata-

rente u.

255.

(yyy) Odo

(zzz) P. IV memoriae prodidit: (zzz) foliari; inquietus, facinorosus aliquem for-  
Ex. Conc. dicatum & OPERTO capite templo eis erant. Is die nocturne discal-  
crid. in reatus artem templaque salutando perambulat; fantum post medium  
fint. noctem in placis aliquantulum quiescit; neminem alloquitur; quicquid  
apponunt, taciturnus vescitur &c. nque dum die Dominicæ coenas  
recipiatur.

(aaaa) l. 2. c §. X. Supplices olim velato fuisse capite, non semel meminit Li-  
2. 39. edit. vius; scribit enim (aaaa) suis insignibus velatos esse supplices ad ca-  
Gronov. stra hostium. Idem ait, (bbbb) Hippocratem & Epicydem duces Sy-  
(bbbb) racusanorum ramos oleae, ac velamenta alia porrigentes orasse Cre-  
l. 24. c. 30. tenses milites, ut reciperent se se receptosque tutarentur. Sic, eodem  
(cccc) l. 25 teste, (cccc) legati a Tycha & Neapoli ad Marcellum Rom. Ducem  
& 35. cum infulis & velamentis venerunt, ut ab incendiis & caedibus par-  
ceretur. Pari modo legati Locrensum obfiti squalore & folidibus,  
in comitio sedentibus COSS. velamenta supplicium ramos oleae (ut  
(dddd) Graecis mos est) porrigentes ante tribunal cum flebili vociferatione  
Liv. l. 39. humi procubuerunt. (dddd) Nec aliter fere quidam populi  
4. 16. Romani rebelles; Nam Consule Rom. per Phocidem & Boeticam  
(eeee) exercitum ducente, conscientiae defectionis civitates cum velamentis an-  
Liv. l. 36. te portas stabant, metu ne hostiliter diriperentur. (eeee) Denique  
6. 20. Teii, quum in oculis populatio esset, oratores cum infulis & ve-  
(fff) Liv. l. 37. mentis ad Romanos miserunt. (fff) Haec fere sunt loca, quae in Li-  
7. 37. c. 28. vio notavimus. Meminit autem hic Livius, supplices etiam ramos in  
(gggg) manibus gestasse. Quo de more pluribus videri potest Martinus de  
P. I. Sing. Roa. (gggg) Supplices quoque vittas laneas gerere solebant, ut ostend-  
t. 4. c. 4. p. erent animum se mollem ac lanceum habituros erga eos, quibus se  
374. dederunt, ut quocunque hi vellent, facile ducerentur & electerenturque.  
(hhhh) in quippe tuis atque agni innocentiae Symbola sunt. Quae de suppli-  
Giganto-  
machia. cum vittis refert Goropius, (hhhh) memoria digna sunt: Supplices,  
inquit, etiam vittas antiquo more ferre solem, quo ostenderent, se tuus  
petere eas conjunctionem apud eos, quos obsecabant; quae omnibus  
homini bus necessaria est ad salutem & tranquillitatem. Sicut enim ho-  
mines DEO capti sunt amoris vinculo alligari, quo ejus ope ac praesentia  
juventur; ita homines quoque supplices sis, quos rogant, se devincere sa-  
dant: quo ipsorum auxilio subleventur.

## §. XI.

¶. XIII. Qui ultimo destinati erant suppicio, etiam velati solebant.  
De Persis legimus in historia Esterae, (iii) & statim operuerunt fa- (iii) c. 7.  
ciem ejus Aman scilicet, ministri. Quae verba interpretes non uno (kkkk)  
modo exponunt: Abenesra ait, id fieri solitum iis, quibus rex ira- vol. 1. A-  
tum se ostenderet. Sed Cornelius a Lapide, Jo. Henricus Ursinus, (kkkk) nai. S.p.37.  
(kkkk) aliique de reis mortis & ultimo suppicio afficiendis illum (III) l.7.  
locum interpretantur. Seditiosos Judaeos quendam Roma- de B. Ica.  
num captum, revictis post terga manibus oculisque fascia velatis ad (mmmm)  
supplicum duxisse, ait Josephus. (III) De Atheniensibus testatur Plu- in Biblioth.  
tarchus & ex eo Ravanellus. (mmmm) Philotas Parmenionis filius, de capite.  
laesae majestatis reus, capite velato coram Alexandro adducitur: (nnnn)  
(nnnn) Polyxenae morti destinatae caput peplis velabatur, teste Eu- Curt. l. 6.  
ripide. (oooo) Ita casta Susanna κατακεναλυμιν five velata c. 9.n. 25.  
comparet coram judicibus, quod tamen peplum lascivi illi hirci ju- (oooo)  
bebant detrahi, ut pulcritudine ejus exsatiarentur. Carmen ferale in Hecuba  
apud Romanos notissimum. *I lictor, caput obnubito, infelici arbore* (pppp)  
*suspendito.* Cicero (pppp) *Cives Romanos capitibus involutio ad ne-* orat. 7. in  
*cem rapiebat.* Confer Solerium. (qqqq) De Vitelli suppicio legi Verrem.  
merentur Suetonius. (rrrr) & Casaubonus (ssss) Speciatim hoc ob- (qqqq)  
tigisse parricidis, antequam includerentur culeo, testis est Festus p. 100 p. 20.  
(ttt) ubi sic insit: *obvolvere, quod antiquis obnubere vocabant, ob quam* (rrrr) in  
*cansam legem quoque parentem jubere caput ejus obnubere, qui paren-* Vitellio  
*tew necavisset.* Rationem facti suggerit Quintilianus (uuuu) Cuius c. 17.  
statim ora oculosque a judicio lex justit abduci, ne hunc iucundum coeli (ssss) in  
affectum polluerent retro oculi. Interdum tamen in illustrium persona- xoris p. 54  
rum suppicio observari solebat, ut nudo fuerint capite, quo ab omnibus (ttt) l. 1.  
dignosci possent. Nonnulla exempla adducit laudatus Casau- voce ob-  
borus. (xxxx) Hodie Ultiae illis qui gladio sunt puniendi, peplum volvere,  
ante faciem obducitur. In his terris vero oculi morti destinatorum fa- (uuuu)  
scia ligari solent. Id quod ideo fieri videtur, ne viso carnificis gla- declam.  
dio, nimium terreatur, & proinde caput demittant. Gentiles au- 298.  
tem capit is damnatos in suppicio ideo velasse putat Jo. Henr. Ursi- (xxxx) /A.  
nus, (xxxx) ut indicarent, illis tum maxime cum Diis agendum esse, (xxxx)  
ad quos jamjam abiirent ex hominum consuetudine. vol. 1. A-  
¶. XIV. Sed & illi, qui olim apud Gentiles Lupanaria intrabant, ca- nai. S.p. 40  
pita

(ygg) p. pita cucullo vel adducto pallio velare solebant. Quo de more multa  
387. Petronii interpres VVovvern. (yyyy) Erhard. (zzzz) Indices (ve-  
(zzzz) in stes) a ludis, id est, theatris vocatas quidam existimant. Cum enim  
Symb. p. egrediebantur de ludi profibulo juvenes, horum velamento tegebant ca-  
347. put & faciem: quia solebant erubescere, qui lupanar introissent. Hue  
pertinet locus Petronii, quem neminem interpp. assecutum esse au-  
(a) l. dore tumat Octavius Ferrarius. (a) Is autem hic est: Anicula, quae olus  
vest. c. 11. agreste vendebat, Encolpium errantem in lupanar produxit. At sub-  
P. 37. inde, inquit, ut in locum secretiorem pervenimus, centonem anus urba-  
na rejicit, & heic, inquit debes habitare. Reiectus igitur ceterorum  
interpp. expositionibus, rem ita illustrat. Anicula ipsa suum cen-  
tonem, i. e. laceras vestes ac pannuceam mille plagis concisam reje-  
cit, & uredine percita, se turpi palaestrae rentudavit, ut formoso juve-  
ne, quem de industria in eum locum perduxerat, frueretur. Quod non  
ante fecit, quam in locum secretiorem duxerat, id est, in cellam mero-  
triciam. Huic interpretationi ipse Petronius foveat, quum mox subji-  
ciat: Encolpium cum carde, immo jam pene sero intellaxisset se in fornici-  
(B) l. 13. in cem esse deductum, aniculae insidias execratum operuisse caput, & ex-  
Annal. tra lupanar fugere coepisse. Ita Tacitus de Nerone scribit (β) ipsum  
(γ) Sar. 8. noctur percurrentem lupanaria atro pallio cum cucullione fuisse ade-  
pertum. Quo respexit Juvenalis (γ) Neronem fugillans sub Dama-  
sippi nomine.

Quo si nocturnus adulter  
Tempora Santonico velas adoperta cucullo

Nec aliter Capitolinus; (δ) quippe ait: Verum in tantum vitiornum  
(δ) in Vero Cajanorum & Neronianorum fuisse aemulum, ut vagaretur nocte per  
tabernas ac lupanaria obecto capite, cucullione vulgari viatorio. Id  
quod etiam de spurcissimo Alagabalo notavit Lampridius. Unde  
impudentiae extremae fuit inoperto capite luxuriari, aperto capite  
ire ad lenones, & fronte aperta se nequitiae dare. vid. Jo. Henr. Ur-  
(ε) vol. 1. finum (ε) Qua in re multi, qui Christianum nomen ementuntur, ipsis  
Anal. g. gentilibus sunt peiores, quam nuda & impudica fronte lupanaria  
intrare non dubitant; rati, non esse nefas venerem cum ejuscmodi  
scortis exercere. Sed profecto in novissime die ab ipsis ethnici  
confundentur & damnabuntur.

¶ XV. Antequam huic capiti finem imponamus, velamina, capitis  
mortuorum considerare libet. Nam mortuorum capita velata fuisse, S.  
Sacra testatur. Cum enim narratur resurrectio Lazari e sepulchro  
prodeuntis, dicitur (¶) fuisse ligatus pedes & manus fasciis, & facies (¶) Ia. II.  
ejus sudario obvincta. Ex quo loco patet, Judaeos suos mortuos 4.4.  
fasciis involvisse; faciem vero sudario obtexisse. Nec aliter Moy. (n) de jure  
fes Aegyptius apud virum doctissimum Schikardum (n) Abradant, regio  
inquiens, pslos corporis, mox vestimenta involucris, candide filo linea Hebr. c.6.  
consutis, neque pretiosissimolent sapientes adhibere sudarium, non plus  
donario confitans, ne pudefaciant tenuiores, quibus est res angusta do-  
misi. Eadem de causa regunt faciem defuncti, ne profluitantur pauperi-  
ores, quorum famelici vultus ob alimenti penuriam plerumque sunt  
deformiores. Quo pacto Servator noster fuerit sepultus, edocet nos (b) ap. Th.  
illustris Salmasius. (b) ait enim ejus caput parvo linteo involutum Barthol.  
fuisse, toto interim corpore fasciis religato a pedibus usque ad fauces de latere  
instar infantis fasciis inclusi. Christi faciem obiectam fuisse sudario, Christi a-  
ex Joanne (c) colligimus. Hoc Christi Sudarium Nicaeae, Aquis portop 577  
in Germania, Trajecti & Velontii, Cadonii, Lemovii in Lotharingia (c) c.20.7.  
& Romae in Vestalium aliquo Monasterio devote a plebe honoratur,  
ut docet liber de spoliis, exvviis & reliquiis Sanctorum, qui exstat in (x) cent. 16  
lectionibus memorabilibus VVolfi: (x) rectene an securi ipsi Papico- p. 233.  
lae viderint. Nolumus hac de re plura addere, quum Kirchman. & Jo.  
Andreas Quenstedt omnes tere ritus circa sepulturam veterum expoue- (λ) de po-  
rint. Quibus adde Anselmum Solerium (λ) & Chifletum. (μ) Et haec de tso sect. 37.  
velamine capitis virili pro re nata disserere visum est. Ab omnibus p. 344.  
autem, quibus lucubratiunculas nostras cognoscere voluptas erit, seqq.  
petitum impetratumque volumus, ut, quae parum plana videbuntur, (μ) de lin-  
sat minus plena instruetaque, in pejorem partem ne rapiant. Nam tis Christi  
exiguitas temporis & negotiorum multitudo obstiterunt, quo minus sepolier  
omnia exquisite exponere licitum fuerit. Quod si DEUS vitam con-  
cesserit, hoc argumentum limatius in lucem edere animus fert.

Interibi Numini divino pro concessis viribus immortales  
solvimus grates.

F I N I S.

# COROLLARIA.

§. 1.

**G**enus Didascalicum praeter necessitatem a quibusdam Oratoribus est excogitatum.

§. 2. Auditorum semper rationem habere debet Orator.

§. 3. Non male sentiunt Vossius aliique, cum concionatoriis suadeant, ut post totam demum concionem confectam de inventiendo exordio sint solliciti.

§. 4. Prolixia Exordia plus habent ostentationis, quam utilitatis, nec absimilia sunt portis spatiose in parvis oppidulis, in quibus intus paucae aedes conspiciuntur.

§. 5. Una vox interdum apta est movere affectum.

§. 6. Notae Accentuum, Spiritus, puncta, commata, & aliae distinctiones in Graeca lingua diu post Christum natum sunt inventae.

§. 7. Graeca lingua eadem methodo, quam de lingua Latina demonstravit Sanctius, tradi potest.

§. 8. Graeci casu sexto non carent, neque plures, quam tres declinationes habent.

§. 9. Neque apud Latinos aut Graecos datur verbum neutrum seu medium.

§. 10. Magis Latine loquuntur illi, qui dicunt latet mihi, quam latet me.

§. 11. Vox Pandectæ est generis masculini; paragraphus vero generis feminini i.

§. 12. Melius scribitur Strategema, quam Stratagema, Auctor, quam Author vel Autor. Pessime autem Hodogenitus.

§. 13. Lingua Latina hodie non loquendo, sed scribendo, meditando & imitando est comparanda.

§. 14. Ante confusionem Babylonicam fuit unica lingua in mundo; quae nulla alia esse videtur, quam Ebrea.

§. 15. Ex loco Prov. VI, 30. ostendi non potest, poenam furti apud Ebraeos fuisse exacerbatam, ita ut fures septuplum restituere coacti fuerint.

§. 16.

§. 16. Verba Esaiae LXV, וְלֹא תַּנִּשֵּׁת לְלֹא תַּנִּשֵּׁת melius  
vertuntur inventus sum a non parentibus; quam requisitus sum, a non  
parentibus.

§. 17. קֶרֶב apud Jonam c. 4, 6. non notat cucurbitam sed  
ricinum seu palmam Christi; Germanice **Erzgebäum** vel **Wimpel-**  
**derbaum.**

§. 18. Figura terrae hodie aliter se habere videtur quam e-  
lim fuit.

§. 19. Omne extensum est in infinitum divisibile.

§. 20. Nulli dantur homines marini.

§. 21. Unicornu, quod vulgo describitur, nunquam in reperi-  
ta natura fuit.

§. 22. Falsus est ille auctor anonymous, cum scribit, animas  
humanas ad unam omnes statim sub initium mundi fuisse a DEO  
conditas.

§. 23. Animae brutorum sunt intrinsece materiales.

§. 24. Vita hominis per media naturalia a morte vindicari  
nequit.

§. 25. Diluvium, quod contigit tempore Noachi, fuit uni-  
versale.

§. 26. Regnum Asfyriacum, extincto Sardanapalo, penitus  
concedisse videtur.

§. 27. Asfarreddon, neque Sardanapalus, neque ultimus As-  
syriorum rex fuit.

§. 28. Regis Ezechiae morbus non post cladem Sennacheribi  
contigit.

§. 29. Quinam Ahasverus, maritus Estherae fuerit, certo sci-  
ri nequit.

§. 30. Constantinus M. fuit primus Christianorum Impe-  
rator.

§. 31. Belisarium, strenuum Justiniani Ducem, oculis priva-  
tum panem ostiatim petuisse, merito fabula habenda est.

§. 31. Qui negant Logicæ finem esse duplicem veritatem vel  
opinionem, mihi aberrare videntur.

§. 33. Praedicationes personales sunt accidentales.

§. 34. Quaer. utrum aliquid peccatum formaliter sumatum sit positivum quid?

§. 35. Causalitas formae melius exprimitur per εὐτελίχειαν, quam per unionem formae cum materia. Εὐτελίχεια vulgo, virtutis per actum, sed perperam.

§. 36. DEUS oculis corporeis videri nequit.

§. 37. Quaer. utrum Eunuchi possint dici coelibes?

§. 38. Subjectum virtutis moralis partim est appetitus sensi-  
civus, partim voluntas.

§. 39. Non omnis scientia est virtus intellectualis theore-  
tica.

§. 40. Quaer. utrum diversitas religionum obstat felicitati reip?

§. 41. Pontifex Maximus in Rep. Hebraeorum non habet  
jura Majestatis circa sacra.

§. 42. Religio Christiana in Rep. tolerari & potest & de-  
bet.

§. 43. Religio Christiana vi armisque non est propaganda.

§. 44. Divitiae non sunt de essentia Oligarchiae.

§. 45. Licet non solum aliis Politicis, sed & consiliario, si exi-  
gat salus publica, simulare & dissimulare.

§. 46. Bonus & de Rep. bene meritus consiliarius, etiam si  
populo invitus, non tamen statim illum ex Rep. ejicere expedit.

§. 47. Quaer. Utrum Polygamia sit contra jas naturae?



FALLIMUR. AN. ROTHI. NOMEN  
CUI. COLORIS; NON. DECOLORIS. SUBEST  
NOTIO  
SPONDET. PURPUREAM. MITRAM  
BELLA. SPONDET  
JAMDUDUM. RUBRAM. GESTAT. TIARAM  
CUJUS. RUBOR. IPSUM. NON. IN. RUBOREM  
DARE  
SED. COMMENDARE. ADSOLET  
ECQUI. ENIM. EJUS. PURPURA. HABEAT. UNDE  
ERUBESCAT  
DIXERIS. RUBOREM. NOSTRI. ROTHI  
ESSE. VERE. CANDIDUM  
Adeo. UT. RUBICUNDIOR. AN. CANDIDIOR. SIT  
DUBITARI. POSSIT  
NEC. IPSUM. DEFICIUNT. BELLA  
IN. QUIS. VICTRICIA. QUIDEM  
SED. NON. SANGUINE. EFFUSO. RUBENTIA  
CIRCUMFERT. ARMA  
VEXILLA. NOVISSE. AVES  
SUNT. AQUILA  
IMPP. ROMANORUM. INSIGNE  
QUOD. ILLUM. REDDIDIT. INSIGNEM  
DE. BELLO. SCISCITARIS  
TROJANUM. EST  
IN. QUO. IPSE. EX. JACOBO. HUGONE.  
TRIUMFAVIT  
ESSENOS. SINGULARI. CERTAMINE  
CHRISTIANORUM. NUMERO. EXEMIT  
INVITO. QUANTUMVIS. INVIDO. ET. INFIDO  
SERARIO

CRIMINA. CUM. EXTREMO IPSORUM. ANIMAE  
CONJUNCTA. DISCRIMINE  
DISCRIMINI. ET. CERTAMINI. PUBLICO  
OBJECTAVIT  
DEIN. STIPATUS. OSIRIDE. ISIDE. HORO. AC.  
TYPHONE  
AEGYPTI. MAXIMI. ILLIUS. PORTENTI  
PORTENTIS  
IN. ARENAM. DESCENDIT  
NEC. SATIS. EST. NUNC. IPSIUS. VELITATIO  
DE. VELAMINE. CAPITIS. VIRILI  
TANTUM. ABEST. UT. EJUS. ERUDITIONEM  
VEL. CELET. VEL. VELET. UT. POTIUS. EAM  
REVELET  
EX. HIS. BELLIS. BELLUS. TIBI  
**CLARISSIME. ROTHI**  
AN. NASCITUR. HONOS  
AMPLISSIMUM. PHILOSOPHICUM. COLLEGUM  
**TE. ADIUNCTUM. SALUTAT**  
MAGTE. TUA. VIRTUTE  
NOVIS. HONORIBUS. MACTE  
IN. DIES. CRESCE  
UT. AD. INSTAR. AQUILAE. ALTIORA. SUBINDE  
PETERE. QUEAS  
SIC. TUUM. IN. CANDORE. RUBOREM  
ET. IN. RUBORE. CANDOREM  
ADMIRARI. BONI. NON. DESISTENT.  
HANC. SPEM. FOVET. IDQUE. VOVET  
CL. COLLEGAE. SUO  
**SOCIETAS. DISQUIREN-**  
**TIUM.**



CELESTIS. SIC. SCLES. SIC. ARTUS. AGITABAT  
CRIMINA. CUM EXTREMO IPSORUM ANIMAE  
CONJUNCTA. DISCRIMINE  
DISCRIMINI. ET. CERTAMINI. PUBLICO  
OBJECTAVIT  
DEIN. STIPATUS. OSIRIDE. ISIDE. HORO. AC.  
TYPHONE  
AEGYPTI. MAXIMI. ILLIUS. PORTENTI  
PORTENTIS  
IN. ARENAM. DESCENDIT  
NEC. SATIS. EST. NUNC. IPSIUS. VELITATIO  
DE. VELAMINE. CAPITIS. VIRILI  
TANTUM. ABEST. UT. EJUS. ERUDITIONEM  
VEL. CELET. VEL. VELET. UT. POTIUS. EAM  
REVELET  
EX. HIS. BELLIS. BELLUS. TIBI  
CLARISSIME. ROTHI  
AT. IN. NASCITUR. HONOS  
AMPLISSIMUM. PHILOSOPHICUM. COLLEGUM  
TE. ADIUNCTUM. SALUTAT  
MACTE. TUA. VIRTUTE  
NOVIS. HONORIBUS. MACTE  
IN. DIES. CRESCE  
UT. AD. INSTAR. AQUILAE. ALTIORA. SUBINDE  
PETERE. QUEAS  
SIC. TUUM. IN. CANDORE. RUBOREM  
ET. IN. RUBORE. CANDOREM  
ADMIRARI. BONI. NON. DESIDENT.  
HANC. SPEM. FOVET. IDQUE. VOVET  
CL. COLLEGAE. SUO  
**SOCIETAS. DISQUIREN-**  
**TIUM.**

AGITABAT  
JM. ANIMAE

PUBLICO

HORO. AC.

ORTENTI

DIT  
VELITATIO  
VIRILI  
DITIONEM  
POTIUS. EAM

TIBI

HI

COLLEGUM

SALUTAT

TE

ACTE

ORA SUBINDE

UBOREM

DREM

SISTENT.

E. VOVET

QUIREN-

IM.



COELESTIS. SED. SCELESTUS. SPIRITUS. AGITABAT  
CRIMINA CUM EXTREMO IPSORUM ANIMAE  
CONJUNCTA. DISCRIMINE  
DISCRIMINI. ET. CERTAMINI. PUBLICO  
OBJECTAVIT  
DEIN. STIPATUS. OSIRIDE. ISIDE. HORO. AC.  
TYPHONE  
AEGYPTI. MAXIMI. ILLIUS. PORTENTI  
PORTENTIS  
IN. ARENAM. DESCENDIT  
NEC. SATIS. EST. NUNC. IPSIUS. VELITATIO  
DE. VELAMINE. CAPITIS. VIRILI  
TANTUM. ABEST. UT. EJUS. ERUDITIONEM  
VEL. CELET. VEL. VELET. UT. POTIUS. EAM  
REVELET  
EX. HIS. BELLIS. BELLUS. TIBI  
CLARISSIME. ROTHI  
AIT. NASCITUR. HONOS  
AMPLISSIMUM. PHILOSOPHICUM. COLLEGIUM  
TE. ADIUNCTUM. SALUTAT  
MACTE. TUA. VIRTUTE  
NOVIS. HONORIBUS. MACTE  
IN. DIES. CRESCE  
UT. AD. INSTAR. AQUILAE. ALTIORA. SUBINDE  
PETERE. QUEAS  
SIC. TUUM. IN. CANDORE. RUBOREM  
ET. IN. RUBORE. CANDOREM  
ADMIRARI. BONI. NON. DESISTENT.  
HANC. SPEM. FOVET. IDQUE. VOVET  
CL. COLLEGAE. SUO  
SOCIETAS. DISQUIREN-  
TIUM.

AGITABAT  
JM. ANIMAE

PUBLICO

HORO.AC.

ORTENTI

DIT  
VELITATIO  
VIRILI  
DITIONEM  
POTIUS. EAM

TIBI

HI

COLLEGIUM

SALUTAT

TE

ACTE

ORA SUBINDE

UBOREM


DREM

SISTENT.

E. VOVET

QUIREN-

IM.



SED. ET. NICOLAITARUM. QUOS. NON  
COELESTIS. SED. SCELESTUS. SPIRITUS. AGITABAT  
CRIMINA. CUM. EXTREMO IPSORUM. ANIMAE  
CONJUNCTA DISCRIMINE.  
DISCRIMINI. ET. CERTAMINI. PUBLICO  
OBJECTAVIT  
DEIN. STIPATUS. OSIRIDE. ISIDE. HORO. AC.  
TYPHONE  
AEGYPTI. MAXIMI. ILLIUS. PORTENTI  
PORTENTIS  
IN. ARENAM. DESCENDIT  
NEC. SATIS. EST. NUNC. IPSIUS. VELITATIO  
DE. VELAMINE. CAPITIS. VIRILI  
TANTUM. ABEST. UT. EJUS. ERUDITIONEM  
VEL. CELET. VEL. VELET. UT. POTIUS. EAM  
REVELET  
EX. HIS. BELLIS. BELLUS. TIBI  
CLARISSIME. ROTHI  
NASCITUR. HONQS  
AMPLISSIMUM. PHILOSOPHICUM. COLLEGIUM  
TE. ADIUNCTUM. SALUTAT  
MACTE. TUA. VIRTUTE  
NOVIS. HONORIBUS. MACTE  
IN. DIES. CRESCERE  
UT. AD. INSTAR. AQUILAE. ALTIORA. SUBINDE  
PETERE. QUEAS  
SIC. TUUM. IN. CANDORE. RUBOREM  
ET. IN. RUBORE. CANDOREM  
ADMIRARI. BONI. NON. DESISTENT.  
HANC. SPEM. FOVET. IDQUE. VOVET  
CL. COLLEGAE. SUO